6
37-E
34

Tomo Unico

C.ª X = Sep: 2 = ... 2

Digitized by Google

VIII 4 6

Digitized by Google

DE PLUMBEIS ANTIQUORUM NUMISMATIBUS.

Digitized by Google

DE
PLUMBEIS
ANTIQUORUM
NUMISMATIBUS
TAM SACRIS, QUAM PROFANIS


DISSERTATIO

FRANCISCI FICORONII

QUAM LATINE VERTIT

DOMINICUS CANTAGALLIUS

S. EUSTACHII IN URBE CANONICUS.



ROMÆ, Ex Typographia Antonii de Rubeis. MDCCL.

SUPERIORUM PERMISSU.

Emin.mo, ac Rev.mo Domino

D. FORTUNATO TAMBURINIO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

DOMINICUS CANTAGALLIUS
D. D. D.

QUemadmodum vituperandus ille foret, qui litterato Viro arma, aut Philoſopho muliebre ornamentum offerret; ita ſane bonam & æquam rem facere mihi videntur illi, qui homi-

ni-

nibus Eccleſiæ addictis , & in ſacra eruditione verſatis libros offerunt de hoc ipſo eruditionis genere tractantes ; cujuſmodi hic eſt , quem , ut omnium gentium commodo inſerviret , ex Italica in Latinam linguam tranſtuli , haud quidem verbum verbo reddens ſervilis interpres , ſed ſumma tamen fide , & cura , quod ad ſententiam Auctoris explicandam pertinere videbatur , reddendamque eam lucidam atque perſpicuam , & ad nonnulla, quæ inrepſerant , σφάλματα *emendanda . Jam vero hunc Tibi modo ſiſtere , & Te auſpice atque patrono emittere in lucem conſtitui ,* Eminentissime Domine *, qui , cum tuas omnes cogitationes eo ſemper direxeris , idque unum ſtudioſe ſemper egeris , ut Tui Nominis memoriam adverſus temporis injuriam virtutis præſidio tuereris , jam Tuis ſo-*

lum

lum iiſque veris meritis, Tuaque in rebus Eccleſiaſticis ſcientia tam ſublimem locum in Eccleſia Dei obtinuiſti. Ac niſi quiſque gravitatem, ac magnitudinem animi Tui probe noſſet, agerem quod plerique ſolent, ut quæ de ingenio, de doctrina, deque ornamentis animi Tui ſentirem, diligenter deſcriberem. Quoniam vero laudes Tuæ latent neminem, certoque ſcio, eas recenſere Tibi grave atque moleſtum futurum, non committam, ut modeſtiæ Tuæ hanc faciam injuriam. Quid quod nec breve epiſtolæ ſpatium patitur de illis, ut par eſſet, loqui, neque exiguæ ingenii mei vires ſufficiunt ad eas, non dicam, exornandas, ſed ne digne quidem enumerandas? Eo igitur modo me geram, quo viatores illi, qui Ægypti pyramidum altitudinem plane dimetiri non valentes, illarum

dum-

dumtaxat dimetiuntur umbram , ex eaque ipſarum altitudinis menſuram colligunt . Memorabo , inquam , tantummodo , quo doctore bonarum diſciplinarum ſtudia peregeris ; quem præ ceteris tuarum virtutum æſtimatorem habueris ; quem tuorum meritorum judicem , & remuneratorem . Jam vero in ſacra hiſtoria , atque in omni eccleſiaſtica eruditione doctorem inſtitutoremque habuiſti P. *Abbatem* Bacchinium , *Virum doctrinæ fama morumque innocentia adeo clarum celebratumque , ut illum ſolummodo nominaſſe , elogium illius ſit honeſtiſſimum. Æſtimatores autem virtutum Tuarum quamquam ii ſunt univerſi , qui Te noverunt , unum tamen præ ceteris hic laudare operæ pretium duxi , quod & laudes illius Tuæ laudes ſint , quodque idipſum a me fieri pergratum Tibi fore putave-*

rim ,

rim, ob intimam videlicet, ac conjunctiſſimam, quæ Tibi cum illo interceſſit, neceſſitudinem, nulla varietate, nullis licet ſat longis intervallis temporum interruptam. Fuit hic Cardinalis ampliſſimus Leander de Portia, Vir ille ſummus, atque omnium ſæculorum admiratione digniſſimus, qui non ſolum integritate morum, & litterarum, ac diſciplinarum ſcientia; ſed & fidei, juſtitiæ, atque honeſtatis laude nemini ſecundus maxime floruit; cui propterea celebratiſſimi illi Laberii verſus maxime quadrant;

Quem nulla ambitio; nulla umquam largitio;
Nullus timor; vis nulla; nulla auctoritas;

multoque minus vulgi prava jubentis rumor, vel calumniæ, vel maledicta, ſive aliqua peculiaris affe-

ctio conſtantem atque impavidum a juſtitiæ propoſito dimovere potuerunt. Utinam ipſe nobiſcum vivens uberes ſtudiorum laborumque ſuorum fructus colligere; utinam ſapientia, ac dexteritate ſua plane ſingulari Eccleſiam ſimul, & Rempublicam diutius juvare; utinam demum Te ipſum, quem diligebat maxime, Tuarumque virtutum merita, quæ plurimi faciebat, præmiis, ac præcipuis honorum inſignibus coronata videre potuiſſet! Quamvis enim ea omnia, quæ de Te, Tuiſque laudibus hactenus conjectando protulimus, magnopere ſint æſtimanda; longe tamen pluris faciendum eſt, quod de Te, Tuiſque meritis judicium protulit BENEDICTUS *XIV. Pontifex non ſolum dignitate, ſed doctrina etiam, & prudentia, & omni laudum genere, ac virtutum vere Maximus,*

cum

cum Te ex tot ampliſſimis Viris unum delegit, quem in Cardinalium numerum cooptaret; ut nimirum egregia, quæ in Te ſunt, & naturæ & doctrinæ ornamenta dignitate ipſa apud omnes clariora fierent, atque illuſtriora. Ceterum cum inter eximias dotes tuas, Eminentissime Domine, *haud minima ſit humanitas, qua omnes pacato, ac ſereno vultu ſoles excipere; fateor equidem, mihi inde ſpem magnam exortam, & hunc laborem meum, qualiſcumque ille ſit, humaniter excepturum Te fore, & mihi tutelam Tuam elargiturum, ac patrocinium. Hoc unum itaque a Te peto atque imploro,* Eminentissime Domine; *quo nihil pulchrius, nihil præſtabilius, nihil tandem felicius contingere mihi umquam poterit. Vale.*

PRÆFATIO EDITORIS.

CUm Franciſcus Ficoronius rei Antiquariæ peritiſſimus jam ducentos ſupra mille plumbeos nummos collegiſſet, rem gratiſſimam Eruditis ſe facturum optime ratus, decem abhinc annis maximam illorum partem Romæ typis mandari curavit, pluribus, quos duplices inter illos habuerat, variis Amicis dono datis. Ejuſmodi vero nummorum collectionem publici juris factam bono libentique animo exceptam eſſe ab antiquarum rerum ſtudioſis ex eo colligi poteſt, quod tam brevi tempore adeo rara facta ſint exemplaria, quæ ipſe edidit, ut difficile admodum ſit, unum eorum aliquod in præſentia invenire. Quo factum eſt, ut Jo-

Digitized by Google

Johanni Bottario, Præſuli quidem ampliſſimo, & eruditione, ac ſcientia rerum, non minus ac virtutum laude celeberrimo, novam illorum editionem bono publico adornare in mentem venerit. Verum quum plumborum horumce explicationes, atque inluſtrationes Italico idiomate jam Ficoronius conſcripſerit, illas modo in omnium gentium commodum atque utilitatem Latine verſas edere ſatius eſſe duxit, eamque provinciam mihi perhumaniter demandavit. Futurum equidem ſpero, ut ſicut illam primam, ita & poſteriorem hanc editionem æqui lætique excepturi ſint eruditi, præſertim rei antiquariæ amatores, & ſtudioſi, cum, ut laudatus Auctor in ſua præfatione animadvertit, plura in hac collectione inveniantur numiſmata, quæ ad Opera Diplomatica magis inluſtranda, ac melius intelligenda inſervire poſſint, plurima vero, quæ curioſas ſane Antiquitatis notitias contineant plane non contemnendas. Quod ſi ea publici juris facere nemo ante Ficoronium curavit, illud idcirco factum eſt, ut ipſe ibidem opinatur, quod alii in ea opinione verſati ſunt, nulla videlicet plumbea numiſmata reperiri; nam qui forte fortuna illorum aliquod invenerint, velut quid mirum & ſingulare in lucem prodiderunt. Et revera V. Cl. Montfauconius, cum vidiſſet Venetiis in Muſeo Treviſano plumbum,

in

in quo erant excuſa capita M. Aurelii, & L. Veri, ſcripſit p. 7. Diarii Italici: *Aliud ibidem inſpexi obſervatu digniſſimum, quale nuſquam alias fortaſſe viſum, plumbo ſcilicet impreſſum ſigillum M. Aurelii ex una, L. Veri ex altera parte vultum exhibens*. Molinetus vero in ſuo Opere de Gazophylacio S. Genevefæ, poſtquam retulit parvum nummum plumbeum, in quo Hercules juvenili ætate exhibetur, cum litteris L A S, non ſine admiratione ſubdit pag. 60. *On n'auroit peut etre pas crû, qu'il y eut eu des Monnoïes de plomb antiques*. Profecto Seguinus in Opere, cui titulus, *Selecta Numiſmata*, tres nummos plumbeos refert; & paucos etiam Paruta inter Siciliæ monetas; Pignorius autem in Opere *De Servis* p. 123. quatuordecim ex illis pariter edidit; & Baudelotius in Opere inſcripto: *L'utilité des voïages* tom. 2. ex ipſis aliquot apud ſe habere teſtatur. Verum ii omnes pauci admodum ſunt, præſertim ſi ratio habeatur ad illorum numerum, quos Ficoronius collegit. Quoniam vero cum hujuſce plumborum collectione Auctori placuit ſimul edere nonnulla etiam cretacea ſigilla; ac demum pro coronide typos quoſdam lapideos, & cretaceos aptos quidem plumbeis iiſdem nummis cudendis, fundendiſque ſimul figuris, & numiſmatibus ex quocumque metallo, ut nimirum iis, qui rerum varietate delectantur, magis ſatisfa-

ceret

ceret ; ea ſane omnia in hac quoque editione, æquum bonumque viſum eſt non præterire. Poſtremo nec prætereundum ſilentio eſt , æneas plumborum horumce tabulas in Vaticana Bibliotheca adſervari, cui laudatus Auctor adhuc vivens illas dono dedit una cum iis plumbeis numiſmatibus.

IM-

Digitized by Google

IMPRIMATUR,
Si videbitur Rev. P. Mag. Sacri Palatii Apoſt.
F. M. de Rubeis Archiep. Tarſi Viceſg.

CUm a Reverendiſsimo P. Mag. S. Pal. mihi demandatum eſſet, ut Diſſertationem perlegerem *De Plumbeis Antiquorum Numiſmatibus Franciſci Ficoronii*, quam Latinè elegantiſsimè vertit Dominicus Canonicus Cantagallius, id peregi; atque nihil in ea deprehendi, quod Fidei, vel morum legibus adverſetur. Cenſeo itaque typis poſse mandari.

Fr. Dominicus Vincentius Maria Bertucci
Ord. Præd. S. Theol. Profeſſor.

IMPRIMATUR.
Fr. Vincentius Elena Rev. P. Mag. S. P. A. Socius Ord. Præd.

CA-

CAPUT PRIMUM.

HUJUSMODI plumbea numiſmata reperiuntur ab Antiquis inſerta marmoribus, eodem fere modo, quo nunc numiſmata ex metallo in ædificiorum fundamentis collocantur. Forte autem inde orta eſt noſtra hæc conſuetudo, quamquam pluribus variata circumſtantiis. Nunc enim præter Principis effigiem, in iis etiam ponitur imago illius, qui eſt ipſius ædificii auctor, ac perſæpe etiam architecti, qui ædificii graphidem perfecit: in marmoribus autem, ac columnis antiquis numquam hactenus aliam vidi imaginem, quam Imperatorum. Leguntur tamen aliquando inſcriptiones nomine etiam privati alicujus viri, qui forte præſes, ſive architectus fuit ædificiorum, quibus extruendis adhibenda erant marmora illa, vel columnæ. Quid ſibi voluerit Veterum hujuſcemodi conſuetudo, aperte ex eo colligi puto, quod ſibi pariter volunt neoterici. Sicuti enim cupiunt hi nomen ſuum ac memoriam æternam reddere apud poſteros teſtimonio illius lapidis, quem in fundamentis ponunt; pari quidem ratione Veteres illi ſive tempori, ſive hominibus haud ſatis fidentes timuerunt, ne aliquando deficerent, vel aliis tribuerentur ædificia illa, quæ maximis quidem ſumptibus, parique ma-

gnificentia exſtruebant; optimo ſane conſilio ſtatuerunt conſulere, quantum in illis erat, & temporum incuriæ, & hominum hallucinationi. Quam bene ac ſapienter illud pertimeſcerent, probat quidem ingens columna illa levis ex marmore Thebaidæ, quæ ferro conligata, ac tabulis adoperta conſpicitur poſt Innocentianam Curiam, quam dicunt Montem Citorium. Ea namque, Clemente XI. Rom. Pont. ſedente, ex horto PP. Miſſionis effoſſa fuit, ubi conlocata erat ſuper ingentem quadratæ figuræ baſim ex Pario marmore, in cujus tribus lateribus ſculpta viſitur Apotheoſis Antonini Pii, ac Fauſtinæ ejus conjugis, in quarto vero palmaribus litteris, iiſque metallicis hujuſmodi legitur epigraphe:

DIVO. ANTONINO. AUG. PIO
ANTONINUS. AUGUSTUS. ET
VERUS. AUGUSTUS. FILII

Quæ baſis nunc extat ante ipſam curiam.

Cum autem, antequam inveniretur hæc columna levigata, eo quod in parte poſtica cujuſdam numiſmatis Antonini Pii cerneretur columna levis, falſo putatum fuit, hanc aliam non eſſe, quam columnam coclidem M. Aurelii Antonini; quis unquam pariter ſibi non ſuaſiſſet, poſtquam eam columnam levigatam invenimus, illam fuiſſe in numiſmate indicatam, conſulto a M. Aurelio, & L. Vero cæſam, atque unice Antonino Pio erectam? Si tamen fidendum ſit indiciis, illud perperam ſuaderetur; cum ea multo ante erecta a Senatu fuerit in honorem Trajani adhuc viventis. Duo autem ſunt hujuſmodi indicia; alterum eſt Græca inſcriptio in columnæ imo capite inciſa; in qua, nihil obſtantibus foraminibus ideo factis, ut in prima, ac iterum in ſecunda ſuperius enunciata baſi conlocaretur, necnon & ferreis axibus noſtra ætate ibi poſitis plures quidem litteras occultantibus, legitur tamen nomen *Trajani*, & vox *Architectus*. Alterum vero eſt, columna quædam levis, cui ingens noctua impoſita, quam videre eſt in parte poſtica cujuſdam numiſmatis primi moduli ipſius Trajani. Vir Clariſs. Vignolius, qui anno 1705. Romæ edidit tractatum de ea Columna nuper inventa, obſervavit quidem illorum errorem, qui columnam coclidem M. Au-

Aurelii pro columna Antonini Pii acceperant ; ſed cum omnium primus anaglypta a Piccinio delineari curaſſet, antequam columna ipſa ab ingenti ejus baſi disjuncta eſſet, Græcam inſcriptionem in imo ejus capite videre non potuit ; ideoque non eam Trajano, ſed Antonino Pio primum erectam exiſtimavit. Quin etiam cum in Seguino vidiſſet Trajani numiſma cum levi illa columna, & noctua, ſcripſit Gallandio : *Impoſtor ille quicunque fuit, qui Trajani nummum cum ſolida columna a Seguino editum fabricavit, recte quidem magis rei ſuæ conſuluit, ſi non aliud noctua ſaltem.*

Cum autem non diu poſtea collectionem numiſmatum, quæ olim penes Miconios Genuenſes extabant, adeptus eſſem, Trajani quoque nummum ibi reperi, levem columnam, & noctuam in parte poſtica ſimiliter habentem; quem cum Vignolio oſtendiſſem, tanta correptus eſt admiratione, adeoque illum pœnituit, ſe nummum a Seguino editum, ut falſum rejeciſſe, antequam illum vidiſſet, ut palinodiam ſe canere velle dixerit, cum primum ſibi opportuna ſeſe obtuliſſet occaſio. Quinimmo propter amicitiam, qua mihi devinctus erat, memet exoravit, ut idipſum pro eo facerem, ſi forte laudatus nummus publici juris a me fieret. Quod quidem ita dictum ſit, ut non illum vituperare aliquatenus videamur ; immo vero ut ejus ingenuitas, veritatiſque amor palam omnibus oſtendatur.

Hic autem nummum illum quamvis metallicum adferri non pigebit, cum unicus ille futurus ſit in mea hac plumborum collectione. Tab. I. n. I.

Verum quantum majorum memoriæ inſervire poſſe inſcriptiones, atque ærea numiſmata mihi ſemper ſuaſi ; tantumdem, ut vere loquar, nimia mihi viſa eſt diligentia, plumbeis etiam ad hoc uti, præſertim cum de Imperatoribus potentiſſimis ageretur, ut Romani fuerunt. Inde autem mihi ſuborta ſuſpicio eſt, forte hæc nihil aliud fuiſſe, quam ſignum quoddam publicum, ſeu mavis ſigillum, quod in portubus oſtenderetur, ut noſtris quoque temporibus fieri ſolet in nonnullis mercibus, quo facilius ac promptius ea marmora Romam navibus deferrentur, atque a tributis eximerentur, quippe quæ Imperiali nomine tranſmitterentur. Verum omnis ſuſpicio evanuit, ſtatim ac inventus eſt nummus ille plumbeus,

qui num. 2. primæ hujuſce Tabulæ videtur, quum is adeo occultus eſſet in marmore, ut vix, ac ne vix quidem oculis pateret, perinde ac ſi timuiſſent Veteres, ne aliquando detegeretur.

Quum Auguſtinus Lecchinius lapicida Romam adferri curaſſet fragmentum quoddam ingens marmoris flavi, quod Tiburi cum aliis pluribus in Villa Hadriani repertum erat, dum e curru ante ejus officinam dejiceretur, fruſtum cecidit a latere ipſius marmoris, quod quum a Lecchinio colligeretur, qui in ea verſabatur opinione, illud nempe a marmore vi caſus diſciſſum fuiſſe, cognovit, illud data opera marmori adjunctum fuiſſe a Veteribus, qui etiam cavitatem ibi factam liquefacto plumbo repleverant, & ſupra ipſum caput Hadriani obſignaverant, idemque fruſtum ſubtiliſſima iterum calce adeo exacte conjunxerant, ut conjunctio nullo modo adpareret. In ipſo autem fruſto infra eumdem nummum ſequens inſcriptio legitur, quamquam non ſine difficultate, ob aſperam ipſius marmoris ſuperficiem:

HADRIANI. AUG. COS II. ...N CLXXII.

Hujuſmodi fruſtum cum laudato nummo plumbeo ibi inſerto, quod ipſemet emi, illud ipſum eſt, quod hic delineatum conſpicitur Tab. 1. n. 2.

Quod num. 3. plumbum delineatum eſt, caput pariter laurea præcinctum ipſius Imperatoris continet, ejus nomine, ac titulo in gyrum inſcripto. Illud autem ſexdecim ab hinc annis repertum fuit in cavo imi capitis columnæ cujuſdam marmoreæ violacei coloris, quæ penitus conciſa arando terram inventa eſt in dextero Viæ Labicanæ latere, quarto circiter ab Urbe lapide prope Turrim Novam, Familiæ Borgheſiæ Villam.

Quartum plumbum exhibet caput Antonini Pii cum litteris circumſcriptis: ANTONINUS. AUG. PIUS. Idque inventum fuit a cæmentario quodam, dum terreſtre vectigalium ædificium exſtrueretur.

Etſi autem ex nummo ipſo ſatis aperte eruatur, inſertum illum fuiſſe in marmore; incertum tamen omnino eſt, utrum in imo capite alicujus columnæ illius baſilicæ conlocatum fuerit, in cujus porticu undecim adhuc cum ſuo


1
IMP·CAES·NER·TRAIANO·OPTIMO·AVG·GER·DAC·P·M·TR·P·COS·VI·P·P
SENATVS·POPVLVSQVE·ROMANVS·
S C
2
HADRIANVS AVGVSTVS
HADRIANI AVG COS II N̄ CLXXII
3
HADRIANVS AVGVSTVS
4
ANTONINVS AVG PIVS
S.T.F.

BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA

II



Digitized by Google

Digitized by Google

ſuo epiſtylio ex Pario marmore ſuperſunt immanis quidem magnitudinis.

CAPUT II.

Hujuſce ſecundæ Tabulæ primum plumbum, cujus pondus eſt unciarum duarum cum triente, exhibet caput nudum Trajani, nomine, ac titulis *Germanici*, & *Dacici* ejuſdem Imperatoris. Illud autem repertum fuit duodecim ab hinc annis in imo capite craſſæ cujuſdam columnæ ex Pario marmore, quæ valde detrita reperta fuit prope Oſtienſem portum celeberrimum, qui ob ingentem Romæ adlatam utilitatem ab eo Imperatore decoratus ac ditatus ædificiis fuit; cujus beneficii memoriam, quum vellet Senatus æternam reddere, in parte poſtica nummi maximi moduli juſſit inſcribi:

PORTUM TRAIANI.

Nummus alter plumbleus abſque laurea, & abſque inſcriptione nuper inventus eſt in Antiatum portus ruinis, quæ adhuc ſuperſunt, quaſque deſcripſit Cl. Vulpius S. J. Sacerdos in opere, quod elaboravit de vetere Latio, ubi etiam duo plumba refert, cujus alterum erat figuræ quadratæ oblongæ cum litteris L. COC. alterum vero inſtar numiſmatis primæ magnitudinis Hadriani caput exhibebat. De hiſce autem plumbis ita loquitur laudatus Scriptor: *Signacula plumbea duo antiquitus inſerta marmori nuper effoſſo ex ruderibus Navalis Antiatum*.

Tertium, quod ſequitur, plumbum cum capitibus nudis M. Aurelii, & L. Veri ſe invicem adſpicientibus, ibique anaglypto opere expreſſis, magnitudinem æquat numiſmatum maximi moduli, ejuſque pondus eſt unciarum quatuor cum ſemiſſe circiter. Illud autem invenit Joſeph Metellius rerum antiquarum effoſſor in imo ſcapo ingentis columnæ ex luteo marmore, & quidem pulcherrimo, quæ tamen valde erat confracta, dum terram foderet in extremitate Montis Cœlii, prope eumdem locum, quo inventa fuit equeſtris ſtatua M. Aurelii ex aurato metallo, quæ nunc in platea Capitolina non ſine admiratione adſpicitur.

In

In quarto plumbo exhibetur caput laurea præcinctum Antonini Pii cum inſcripto Græcis litteris nomine, non tamen integris. Multis abhinc annis inventus fuit hujuſmodi nummus in imo capite columnæ marmoris Africi inter Cœlioli ruinas.

Quintum vero plumbum rectangulum in ejus parte plana repræſentat Trajani caput abſque litteris. Habet hoc plumbum ſane curioſum, inſtar nummi ſatis tenuis, partem poſticam; quod quidem in ſupra laudatis compertum non eſt; eaque exhibet Victoriam ceu currentem, dextera coronam, ſiniſtra vero haſtam tenentem. Inventum autem fuit hujuſmodi plumbum (non quidem in cavitate, ut ſupra laudata) ſed quaſi in fiſſura reconditum in plintho ingentis columnæ ex lapide Numidico albi coloris, cum denuo jacta ſunt fundamenta cujuſdam ædificii prope forum Trajani, ubi nunc quoque columnæ ejuſdem fragmenta videntur.

Anno 1718. in imo ſcapo columnæ lutei coloris, quæ in aula quadam maxima thermarum Caracallæ ſita eſt, egomet vidi cavitatem, ex qua erutus erat nummus plumbeus ibi antea inſertus.

Poſtremum vero numiſma plumbeum in gyrum conſumptum caput exhibet Antonini Pii laurea præcinctum; idque repertum fuit pluribus ab hinc annis inter antiquæ Præneſtis ruinas, dum terra ad vineæ culturam effoderetur, fere e conſpectu portæ Solis ipſius civitatis. Quare haud improbandum videtur, hujuſmodi plumbum, in quo aliqua ex Græcis litteris detegitur, inſertum fuiſſe in columna, vel marmore alicujus ædificii, ac forte illius, quod ibi, ut Suareſius ait *de Præneſte Antiqua*, ab Antonino Pio exſtructum fuit, in quo Fauſtina ejus uxor pauperum filias educandas curabat. Idem vero Auctor nummum refert Auguſtæ illius feminæ, in cujus parte poſtica ædificium conſpicitur cum figuris quibuſdam parvis, atque inſcriptione:

PUELLAE FAUSTINIANAE.

Hinc autem ſumpta occaſione ſequentem inſcriptionem addam, quæ inventa fuit an. 1737. in Villa Marchionum Narium in Via Salaria, ubi detecta ſunt columbaria non pauca cum lapidibus inſcriptis.

P. LU-

P. LUSCIUS P. L. NEDYMUS
COMPSENI . VICARIAE
NATA . PICENO . NUTRITA
ROMAE . MORTUA . PRAENESTE
V. AN. XX.

Equidem non dubito, quin major futurus eſſet hujuſmodi plumborum numerus, ſi qua adhibita eſſet diligentia in iis perquirendis, vel ſi tot columnæ, variis temporibus inventæ, tum integræ, tum confractæ, non omnino periiſſent.

Anno 1720. cum detectum in Palatino fuerit balneum Auguſti cum fornice, & proſpectu interiori duorum cubiculorum picturis inſignium, quæ adhuc ſuperſunt, & cum ſuo porticu columnis porphyreticis, luteis, aliiſque id genus mirum in modum ornato, illuc me contuli, ut plumba in earum ſcapiis perquirerem; verum in duabus columnis cavitates quidem inveni, non tamen plumba.

In aliis vero columnis, atque marmoribus inveni tantum inſcriptiones loco plumborum; quarum una hæc eſt:

IMP. CAESARIS DOMITIAN.
AUGUSTI GERMANICI
N. III.

Inciſa autem erat in plano imi ſcapi dimidiæ ingentis columnæ ex lapide Pentelico, quem vocant *Portam Sanctam*; eaque reperta fuit pluribus ab hinc annis ad ripam Tyberis, dum fundamenta jacerentur cujuſdam domus prope Collegium Clementinum, quam etiam refert Fabrettus in ſuis Inſcriptionibus pag. 184.

In una quoque ex duabus columnis, ex eodem lapide, quæ inventæ ſunt non ante multos annos prope S. Apollinaris aram in Collegio Germanico, legitur epigraphe in ruſtico inſcripta: COMMODO CÆS. N. II. COS.

Hoc etiam tempore inventa eſt columna onychina, magni quidem facienda, & plumbeus aquæductus cum hac inſcriptione:

IMP. ANTONINI . AUG. PII
STATIONIS. PATRIMONII. SUB. CURA. DIOSCORI.

Aliam

Aliam vero inſcriptionem L. ARRUNTI. L. F. tranſcripſi ex fragmento craſſæ baſis ex Africo marmore, quod initio Viæ veteris Prænestinæ inventum eſt, ubi deinde detectum eſt Mauſoleum cum epitaphio in proſpectu, quod adhuc ſupereſt:

LIBERT. ET
FAMILIAE
L. ARRUNTI. L. F.
TER.

Ad Tyberis vero ripam in horto familiæ Sforziæ ſequentes inſcriptiones tranſcripſi:

EX. GN. A. SUB. CURA. SERGI 7. LEG.
XV. N. L

Quæ ſequitur inciſa erat in magno quidem fragmento lapidis, quem vocant ſeptem baſium.

INP. DOMIT. CAE. AUG. VII.

ΕΠΙ, aliaſque Græcas litteras in ruſtica ſuperficie inciſas legere nullatenus potui.

In marmore maximæ molis habetur Q. METELLI.

In plano autem imi capitis craſſæ cujuſdam columnæ ex marmore Numidico inveni:

Q. CANUSI. PRAENESTINI.
N. II.

Hic vero Canuſius idem forte fuit, ac ille, cujus refert Fabrettus pag. 13. ſuarum Inſcriptionum ſequens epitaphium ſepulchri, quod ipſe Libertis, Libertabuſque ſuis exſtruxit:

Q. CANUSIUS
PRAENESTINUS
MACERIAM. ET. OL
LARIA. LIBERTIS
LIBERTABUSQUE
FECIT.

In-

Digitized by Google

Inveni etiam Q. CANUSI PRAENESTIN litteris prominentibus inciſum in multis magnis tabulis ex coctis lateribus, quibus exſtructum erat ædificium illud, quod an. 1739. detectum fuit ad radices Cœlii in horto penultimo, antequam ad hoſpitale S. Jo. in Laterano perveniatur.

Nomen, cujus deſunt primæ litteræ, M. Agrippæ, hoc eſt . . . IPPAE tranſcripſi ex plinto fragmenti columnæ ex marmore coloris prope violacei, quod cum aliis fragmentis columnæ ex lapide Thebaico inventum eſt in fundamento domus, quæ iterum exſtructa eſt in angulo inter Palatium Juſtinianeum, & Eccleſiam S. Aloyſii Gentis Gallicæ. Hæc autem fragmenta translata inde fuerunt in plateam ante diribitorium litterarum Pontificium, ubi etiamnum videntur.

Plures ante hos annos repertus eſt in vico, quem dicunt Fabrornm clavium, dum jacerentur fundamenta cujuſdam domus, quæ ſita eſt inter Palatium Principis Pii, & Eccleſiam S. Caroli, plintus quidam craſſæ columnæ ex marmore Africo, unde duo hæc verba ibi inciſa tranſcripſi:

GN. POMPEI.

Quæ ſequitur vero epigraphe

CELERI
NERONIS
AUGUSTI. L.
A . . . .

habetur in una ex columnis veteris Eccleſiæ S. Agnetis in via Nomentana; eaque refertur a laudato Fabretto pag. 721. ſuarum Inſcriptionum. Ille autem putat, hunc Celerem unum fuiſſe ex architectis Neronis.

In decima columna ad lævam Eccleſiæ S. Martini ad Montes habentur novem litteræ inciſæ, quæ tamen, eo quod confuſæ ſint, nec bene ſculptæ, legi non poſſunt.

Demum in Baſilica S. Pauli in Via Oſtienſi legitur in columna quadam ſiniſtræ navis inſcriptio, quæ videri poteſt in primo tomo Inſcriptionum, quas edidit V. Cl. Muratorius.

CAPUT III.

I.

ANte plumbea Sigilla, cretacea lubet exprimere, quæ quidem quo rariora, eo ſunt curioſiora.

Primum ex creta ſubalbi coloris inſtar numiſmatum metallicorum continet caput radiatum Neronis cum epigraphe IMP. NERO CLAUDIUS CAESAR AUG. GER. P. M. TR.... In eo tamen nullum adparet foramen, quo reſticula trajiciatur; ſed tantum in parte poſtica quædam lineolæ videntur; unde conjicere forte licet, inſertum illud fuiſſe in metallo, ſi tamen ea tunc extitit conſuetudo, quæ nunc viget in efformandis cereis ſigillis, quæ a diplomatibus dependent. Hinc ſane orta mihi ſuſpicio eſt, hujuſmodi cretam fuiſſe potius experimentum alicujus ſigni, ſive numiſmatis archetypum, quam ſigillum. Ex hiſce cretaceis ſigillis unum, quod caput Agrippinæ, & in parte poſtica carpentum a binis mulis vectum referebat, dono a me datum fuit Cl. V. Domino de Mazaugues Regio apud Aquas Sextias Præſidi.

II.

Caput Antinoi pampinis redimitum excellentis quidem opificii, quamquam hic non optime delineatum. Tum in hac creta cinerei coloris, tum in aliis tribus, quæ ſequuntur, foramen adparet, quod ab una ad aliam pertingit extremitatem, idque anguſtiſſimum, ita ut filum inde trajectum quam ſubtiliſſimum eſſe debuerit.

III.

Sigillum in creta ſuboſcuri coloris cum capite M. Aurelii, & epigraphe ATT. M. ANTONEINOC CEB. *Imp. M. Antoninus Auguſtus*.


IV.

In creta nigri coloris exhibentur capita ejuſdem M. Aurelii, & L. Veri. Ex epigraphe ſupereſt tantum EINOC... OTHPOC... *Antoninus*, & *Verus*.

V.

Hoc ſigillum ex creta rubri coloris, binas figuras continet ſedentes, alteram nudam, ſeminudam alteram, ambas vero cum thyrſo. Utrum Bacchus, & Ariadne ſint, ſive potius duæ ex Bacchantibus, nihil mea intereſt quærere.

Sed



Digitized by Google

Digitized by Google

Sed opificii excellentia, quæ delineatione ſatis exprimi non potuit, ob figurarum exiguitatem, argumento eſt, illud optimi temporis fuiſſe opus.

VI.

Binas exhibet figuras ſtantes cum litteris PYC.

VII.

Creta ſubnigri coloris, quæ forte Europam repræſentat tauro inſidentem. In hac tamen creta, ſicut & in præcedenti, nullum adparet foramen ad filum trajiciendum; atque adeo me latet, utrum ſigilla credenda ſint, an potius archetypa, ſive experimenta alicujus gemmæ inſculptæ. Utcumque res ſe habeat, haud equidem contendo, cretas omnes a me hic relatas eſſe diplomatum ſigilla; nam fieri etiam poteſt, ut nonnulla ſint privatarum quarumdam epiſtolarum. Romæ quidem videtur invaluiſſe uſus ceræ; in Græcia autem, & in Aſia uſus cretæ. Profecto Tullius, ubi loquitur de ſigillis epiſtolarum tum privatarum, tum publicarum Actione VI. in Verrem ſic ait: *Cum Valentino ejus interpreti epiſtola Agrigento allata eſſet, caſu ſignum iſte* (Verres) *animadvertit in cretula; placuit ei &c. Annulus de digito detractus eſt &c.* In Oratione autem 23. pro L. Flacco: *Hæc*, inquit, *quæ a nobis prolata laudatio eſt, obſignata erat creta illa Aſiatica, quæ fere eſt omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modo in publicis, ſed etiam in privatis litteris, quas quotidie videmus mitti a publicanis unicuique noſtrum; neque enim teſtis ipſe ſigno inſpecto falſum nos proferre dixit. Noſtra igitur laudatio ... conſignata creta eſt: in illo autem teſtimonio tantum ceram eſſe videmus.*

CAPUT IV.

I.


EXhibet hæc tabula ſigilla fere omnia Imperialia, primumque locum obtinet plumbum cum capite Jovis: hic enim fuit omnium primus Imperator, quem Ethnici cognoverint; ejuſque templum hoc titulo celeberrimum fuit apud veteres Præneſtinos, cujus etiam ſtatua, ut Livius ait, inde a Romanis erepta, conlocata fuit in templo, quod Jovi Capitolino dicaverant.

In hoc autem ſigillo Jovem videre eſt aquilæ dorſo inſidentem, apud quam adeſt Luna, ſive Juno, ut alii volunt. Haſtam vero puram, ac ſine ferro, quam Jupiter tenere videtur, eſſe illius ſceptrum, ex Juſtino colligi poteſt, qui libr. 43. ait: *Per ea adhuc tempora Reges haſtas pro diademate habebant, quas Græci ſceptra dixere; nam & ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres haſtas coluere; ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum ſimulacris haſtæ adduntur.*

II.

Caput incognitum cum brevi inſcriptione UTERE FELIX. Ut aliquid dicam de hujuſce plumbi tempore, haud ſane me latet, litteram є Græcorum more inſtar Lunæ efformatam inveniri apud Latinos ante Juſtinum, hoc eſt ante VI. ſæculum, ac forte etiam temporibus Reipublicæ. Ea de re videatur Cl. Lupius §. XV. Operis, cui titulus: *Epitaphium Severæ Martyris illuſtratum*, ubi hoc ipſum erudite pertractat, nonnulla etiam exempla afferendo. Subdit tamen idem Auctor: *Fatendum tamen cum illis* (ideſt cum Sponio, & Vitryo) *nonniſi paucorum fuiſſe florentibus ſæculis morem ita ſcribendi, eumque parce uſurpatum ante ſæculum V., præſertim in monumentis publicis, atque accurate ſcriptis; quod frequentiſſime deinde adhibitum ætatibus ſequioribus crebro invenitur in ſemibarbaris, quæ ſuperſunt, ævi devexioris monumentis*. Videat igitur eruditus lector, an velit ætatem antiquiorem tribuere plumbo, in quo non quandoque inrepſerit, ut in exemplis a Lupio laudatis, ac præcipue temporum antiquiorum, ſed ſemper Є Græcum adhibeatur; an eo quod bene eſſormata ac ſcripta ſit ea littera, quamquam ex eo illud erui tuto non poteſt, exiſtimet potius ad Conſtantini tempora, ſive etiam antiquiora plumbum illud referendum.

Formula illa UTERE videtur interdum adhibita apud veteres in donis dandis. Atque adeo UTERE reſpondit Nerva Imperator Herodi Attico, cum hic ei exhibuit ingentem theſaurum ab ſe inventum. Id refert Sponius in ſuis Miſcellan. pag. 326. Verum pag. 297. gemmam laudat, ubi inciſa ſunt verba UTERE FELIX. Huic non abſimilis habetur apud Bonarothium de Vitris antiquis pag. 208. Ex centum vero quinquaginta gemmis, quæ penes me ſunt, eæque inſcriptæ, una reperitur hyacinthina cum iiſdem verbis UTE-


IV
FELIX
AVG
ΑΥΤ ΚΑΙ ΑΥΡ CΕΒ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC

ROMA

Digitized by Google

UTERE FELIX. Præterea annulos etiam aureos præ manibus habui, in quibus loco gemmæ inciſum erat UTERE FELIX, atque interdum UTERE FELICITER.

III.

Caput lauro redimitum, mihi tamen ignotum.

IV.

Capita, quæ ſe invicem aſpiciunt, mulieris alterum, alterum vero adoleſcentis. Inveniuntur quidem ſimul conjuncta capita Agrippinæ, & Neronis in nummis aureis, & argenteis; at capilli adeo porrecti præter illius Auguſtæ conſuetudinem me adducunt, ut credam, hujuſmodi plumbum cuilibet potius tribuendum, quam Agrippinæ, & Neroni.

V.

Caput nudum, aliquam præferens ſimilitudinem cum capite Antonini Pii. Inſcriptio detrita eſt.

VI.

Plumbum unciæ unius ad inſtar numiſmatum maximi moduli ex metallo cum capitibus M. Aurelii, & L. Veri laurea præcinctis.

VII.

Capita eorumdem nuda; alterum ex una, alterum ex alia parte. Plumbum vero minus eſt eorum Quinariis.

VIII.

Sigillum ovalis figuræ nuda eorumdem capita exhibens.

IX.

Caput Septimii Severi laurea præcinctum, & caput nudum Antonini Caracallæ, ſi ratio habeatur ad ejus ſimilitudinem cum Caracalla ſequentis plumbi.

X.

Capita eorumdem lauro redimita in plumbo ovalis figuræ.

XI.

Caracalla laurea præcinctus, & Geta abſque laurea ſe invicem aſpicientes. Plumbi forma eadem eſt, ac numiſmatum primæ magnitudinis.

XII.

Parvum ſigillum ovalis figuræ cum capite Alexandri Severi laurea præcincto.

XIII.

XIII.

Caput ejuſdem lauro pariter redimitum. Plumbum eſt ad inſtar Numiſmatum maximi moduli. In gyrum inſcriptio: ATT. KAI ATP. CEB. AΛEΞANΔPOC. *Imp. Cæſar Aurelius Severus Alexander*.

C A P U T V.

I.

IMperialia ſigilla, hujuſce, & ſequentium tabularum non ſecundum temporum rationem diſpoſita ſunt; iiſque ſunt permixta alia etiam ſigilla tum Græca, tum Latina, Eccleſiaſtica pariter, & profana. Illud autem idcirco uſuvenit, quia quo ordine mihi ad manus venerunt, ea incidenda curavi.

Hoc eſt autem ſigillum omnium, quæ collegerim, integerrimum pulcherrimumque; caputque Conſtantini Magni laurea præcinctum exhibet, cujus in parte poſtica repræſentantur nuda capita Criſpi, & Conſtantini ejus filiorum, qui probabiliter jam Cæſaris erant appellatione donati.

II. III.

Capita nuda, quæ ſe invicem intuentur, diuturnitate temporis conſumpta.

IV.


Imago B. Virginis cum filio ſupra pectus. In parte autem poſtica Imperator quidam ſtans cum epigraphe DN CONSTANTINUS PER. AUG. Non tamen ille eſt Copronimus, qui utpote Iconomachus numquam imaginem illam in ſigillo poſuiſſet. Quiſnam igitur ex Conſtantinis aliis ille ſit, incertum.

V.

Herma Julii Nepotis in proſpectu poſitus cum epigraphe DN. JUL. NEPOS P. AUG. Plumbum ſimile omnino eſt aureis illius nummis, qui perrari ſunt. In parte poſtica Victoria, & Crux ſatis longa. In lateribus B. M. Hujuſce Principis pondus habui, ſed confractum. Aliud autem omnino integrum ſic refert Fabrettus Inſcript. pag. 526.

Digitized by Google


V
1
2
3
4
DN CONSTANTINUS PER AUG
5
AVG
B
6
DD N N PER AUG
R
7
8
9
10
11
N E
12
13
S I



SALVO D. N.
JULIO NEPOTE
PP. AUG. N.

Sigillum aliud Julii Nepotis, huic omnino ſimile doctiſſimo Domino de Mazaugues apud Aquas Sextias Præſidi a me dono datum.

VI.

Capita duo e conſpectu poſita cum litteris DD NN PER AUGG. Heraclio, & Coſtantino tribuenda putaverim. Videantur eorum numiſmata, quæ refert inter alia Patarolus pag. 123. In parte autem poſtica Victoria coronas duas manibus tenens, cum litteris R. V. ad latera.

VII.

Caput oblique poſitum mulieris, quæ videtur Flaviæ Helenæ ſimilis.

VIII. IX.

Parvæ figuræ in his ſigillis cernuntur, altera ex una, altera ex alia plumborum parte.

X.

Hercules cum clava, & leonis pelle pendente ex quadam quaſi columella.

XI.

Capita Apoſtolorum Petri, & Pauli. Ex adverſo autem nota quædam compendiaria, quam ipſe legerem ANICETI.

XII.

Beatiſſima Virgo puerum Jeſum manibus tenens ſupra pectus. Quicquid aderat in parte poſtica conſumptum eſt.

XIII.

Nota quædam compendiaria, quam legerem SIRICI. Aliam quoque huic fere omnino ſimilem inveniemus. Ex adverſo columba, ſive avis alia, quam ſane non novi. Radii circa ejus caput phœnicem indicant. Vide *Romam Subterraneam* Tom. 1. Tab. XXII. & XXVIII. Romæ 1737. quæque ad eam additæ ſunt animadverſiones; quæ hujus avis ſymbolum trahunt ſecundum veterum Patrum ſententiam ad ſignificandam Chriſtianorum caritatem in ſepeliendis mortuis, vel tranſitum ab hac mortalis vitæ peregrinatione ad cœleſtem patriam. Hic vero immortalitatem animæ innuere poteſt.

CA.

CAPUT VI.

I.

VICTOR. In parte poſtica . . . . JASUS.

II.

UGES. Oppoſitum latus corroſum eſt.

III.

Caput nudum. Ex adverſo autem EBONOIOT EΦOPOT. Egó enim ſic legerem potius, quam EBONII EPHOI, ut male typis editum eſt. Ephori autem dicebantur tempore Imperatorum Conſtantinopoleos, *Inſpectores eorum, quæ vendebantur in civitatibus*; ut ait Ducangius.

IV.

Nota compendiaria, quæ forte legi poteſt AETI. In parte autem poſtica PATRICI. De hoc titulo videatur n. IX. hujuſce tabulæ. Quo tempore hujuſmodi notarum uſus incœperit apud Latinos, incertum. Eduardus quidem Vitryus opinatur, id ſero uſuveniſſe; earumque unam referens, hoc eſt, Ravennæ nomen deſignatum in nummo quodam, quem putat excuſum circa tempora Juſtiniani, & Phocæ, ſubdit: *Juſtini pariter, ac Juſtiniani nummi plures argentei litteras exhibentes inter ſe commixtas, & connexas eo modo, qui ante illam ætatem vix adhiberi ſolebat*. Videſis Diſſertationem de ſepulcro S. Clementis ejuſdem auctoris.

V.

Sigillum in lamina quadratæ figuræ Hermam exhibet militi ſimilem cum litteris P A.


VI.

Caput gemmata corona inſignitum nomen habens Imperatoris, ſed corroſum. Ex adverſo autem Crux cum nota IC *Jeſus*. Equidem opinor, litteras primi lateris DNV. aut Y . . . AUG. legendas DN. JUSTINUS AUG. vel potius DN. VALENTINIANUS; alterius vero DN. JUSTINIANUS AUG. ſed de hac lectione valde ambigo.

VII.

S. P. Q. R. In parte autem poſtica adeſt globus, ſupra quem ſignum Victoriæ. Cujuſnam temporis ſit hujuſmodi ſigillum Senatus Populique Romani, me quidem latet.

VIII.


VI
1
VIC TOR
IX SVS
2
VGES
3
ЭЄΒΟ ΝΘΙΟΛ ΕΦΟΥ
4
PA TRI CII
5
6
7
SPQR
8
AV. BIKIШ ΔΠΟΕΝ ΑΙΝШ Ν
9
ΓΡΗΓΟ ΡΙШΠΑΤΡΙ ΚΙШSCΤΡΑ ΤΗΓШCΙΚ ΕΛΙΑC
ΙШ CШ Κ Η Δδ ΒΑШ
III

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
ROMA

Digitized by Google

VIII.

Anchora, & nota ΗϹΟΥ *Jeſu*. Ex adverſo autem ΜΑΤΡΙΚΙΩ ΑΠΟ ΕΠΑΡΚΩΝ. *Mauricio Præfecto*; ac ſubintelligitur *auxiliare*. Ita etiam legerem in nummo quodam Romani Diogenis ΘΕΟΤΟΚΕ ΡΩΜΑΝΩ, *Deipara Romano*; ubi pariter ſubintelligendum eſt verbum, quod in alio ipſius nummo expreſſum reperitur, hoc eſt ΒΟΗΘΕΙ, *auxiliare*. Quod ſi ante illud tempus non reperitur hæc formula, ſive precatio, non tamen incepit ante medium ſæculum x. quo tempore vixit Romanus; nam in nummo Heraclii, qui ſæculo VII. ineunte floruit, habetur Latine DEUS ADJUTA ROMANIS; quam quidem locutionem ſatis conſtat deductam eſſe ex Græca lingua, adeoque apud Græcos etiam hanc ipſam, ſive huic ſimilem formulam uſuveniſſe. Hac autem de re conſulatur Bandurius, & Hiſtoria Bizantina.

IX.

Nota compendiaria ΚΒΟΗΘΕΙ ΤΩ ϹΩ ΔΟΥΛΩ, *Domina auxiliare ſervo tuo*. Ex adverſo autem ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΠΑΤΡΙΚΙΩ S ϹΤΡΑΤΗΓΩ ϹΙΚΕΛΙΑϹ *Gregorio Patricio, & Prætori Siciliæ*.

De Patritiis, eorum origine, dignitate, ac muneribus legatur tractatus, quem nuper de iis omnibus erudite ſcripſit, publicique juris fecit V. Cl. Octavianus Gentilius. Fuit autem hic maximæ exiſtimationis titulus, ideoque illo donabantur viri de Republica optime meriti, quibus etiam tamquam Imperatorum, ac Populi patribus munera, ac maximi res momenti committebantur. Sigla illa, ſive littera S idem eſt, ac ET; idque alias quoque videbimus exemplis etiam confirmatum. Nunc ſatis erit unum tantum referre ex Hiſtoria Bizantina in nummo Imperatoris Michaelis Balbi, ubi legitur: ΜΙΧΑΗΛ S ΘΕϹΛΑ *Michael, & Thecla*; ibique obſervandum obiter occurrit verbum illud poſtremum, quod partim Græce, partim Latine ſcriptum eſt.

Quiſnam vero fuerit dux hic, ſive Prætor Siciliæ Gregorius, incertum: niſi forte ille fuerit Gregorius, qui Patritius ſimul & Prætor, ſæculo VII. ineunte, fraudulenter occidit duos filios Juſti Ducis Beneventani. Ratio autem eſſe poteſt, quod Sicilia capta fuit a Genſerico Wandalorum Rege paullo ante medium V. ſæculum; Poſt centum vero annos nempe circa medium ſæculum VI. recuperata fuit a Beliſario; quam deinde occuparunt Sara-

Digitized by Google

ceni ſub finem ſæculi IX. uſque ad finem XI., quo tempore eam Normanni invaſerunt. Cum igitur hujuſmodi plumbum Normannorum Regno poſterius haud equidem exiſtimem, neque Genſerico anterius; quumque illud credi poſſit excuſum circa VII. vel VIII. ſæculum, ſeptimo autem vixerit laudatus Gregorius iiſdem decoratus titulis; haud ſane abeſſet a veroſimili, hunc ipſum fuiſſe Gregorium a plumbo indicatum. Videſis Morerium.

CAPUT VII.


I.

JUSTINIANUS. In parte autem poſtica nota compendiaria, quam legerem *Notarius*. De hac vero dignitate, ac munere, quo functi ſunt profani pariter, atque Eccleſiaſtici homines, alia data occaſione loquar.

II.

Duo Imperatorum hermæ cum diademate: alia vero ex parte Victoria coronas duas manibus tenens. Hos hermas probabili quidem ratione Juſtini, atque Juſtiniani eſſe cenſeo. Hujus autem plumbi pars poſtica eadem eſt, ac illa, quæ in plumbo n. V. videtur, ubi pariter legitur JUSTINIANUS. Fateor equidem, ſi generatim loquamur, haud magni ponderis eſſe conjecturam, ut ſtatuamus eumdem vultum referre duas σφραγίδας, quia obverſam partem ſimiliter impreſſam habent; præterquamquod ſtatui certo non poteſt, utrum Juſtinianus in plumbo V. indicatus Senior ſit, an Junior, qui dictus eſt Renothmetes. Hic, ut vera fatear, adhuc adoleſcentulus coronatus eſt a Conſtantino Pogonate ejus patre, & XVI. annos natus cœpit ſolus imperare; ſed ille etiam adoleſcens, ut ait Procopius, ad ſocietatem Imperii adſcitus eſt a Juſtino ejus avunculo, & paucos poſt menſes ſolus Imperator remanſit; quamvis eum Cedrenus, & Zonaras XLV. annos natum adoptatum fuiſſe putent: ex quo fit, ut nihil certi in hiſce plumbis ſtatui poſſit ex eo etiam, quod adoleſcentis caput præferat. Verum quidem eſt, Pogonatem in numiſmatibus cum longa barba cerni ſolitum, quæ barba hic abeſt; quare dextera noſtri plumbi figura Pogonatem repræſentare minime videtur; at res nihilominus in ambi-

guo


VII
1
+IVS
TINIA
NVS
2
3
GAV
DEN
TII
PRI
MICI
RII
4
+IOH
ANNI
IS
5
6
RVF
INI
VC
B
AVG
7



ROMA

Digitized by Google

guo verſatur, quum & veſtes, & poſticæ partes iteratæ inveniantur, ni facies tum ab incuria artificum, tum injuria temporum diverſæ ſint, præſertim in his plumbis, ut videri poteſt in Juſtino, ſi tamen ille ſit, hic exhibito, qui adoleſcens in hoc plumbo repræſentatur, quamvis provecta eſſet ætate. In nummis etiam quandoque duo capita diademate ornata reperiuntur, ut videre eſt in nummo Leonis Iſaurici, & Conſtantini Copronimi, Heraclii quoque, & Conſtantini Pogonatis, & in aliis ejuſdem ætatis. Quapropter de hiſce omnibus apud Lectorem judicium eſto.

III.

GAUDENTII; & in parte averſa PRIMICERII. Quicumque primus eſſet in quolibet miniſtrorum ordine, Primicerius dicebatur, ut Ducangius ſcribit. Hinc habetur Primicerius Monetariorim, Notariorum, &c. qui poſtea dictus eſt Protonotarius, aliorumque id genus munerum. Primicerius erat etiam inter Eccleſiaſticos, cujus erat Diaconorum, Clericorumque inſtructioni præeſſe, & curare attente, ut omnes injuncto ſibi muneri ſatisfacerent, & Eccleſiaſticam diſciplinam ſervarent.

IV.

JOHANNIS. Ex adverſo autem columba olivæ ramo inſiſtens, qui ramus ſymbolum eſt pacis, & columba eam innuit, quæ olim in Arca fuit, ut ipſe opinor. Mabillonius *cap. XV. libr. II. de Re Diplom.* de Epiſcopis agens, (quod de aliis etiam proportione quadam ſervata dici poteſt) eos ait conſueviſſe in ſuis ſigillis imprimere *primo quodvis, deinde nomen proprium, tum Sancti eccleſiæ ſuæ Patroni*. Ex quo patet, nihil ultra animadvertendum occurrere in hac columba, quam arbitrium Johannis, qui eam pro ſigillo ſibi ſumpſit.

V.

Herma Imperatoris cum diademate atque inſcriptione DN JUSTINIANUS PF. AUG. Ex adverſo autem Victoria binas coronas manibus tenens. Legantur, quæ ſupra num. II. dicta ſunt. Quibus tamen non obſtantibus ad Juſtinianum Seniorem plumbum hoc pertinere putarem. Inter alias conjecturas ſit diadema in modum circuli factum, quo modo illud etiam videbimus cap. XI. in ſigillo quodam ingenti ejuſdem Juſtiniani Senioris. Capitis or-

namentum idem hic eſt, ac in nonnullis numiſmatibus ejuſdem Imperatoris apud Ducangium in Hiſtoria Bizantina; ubi etiam in nonnullis juvenili potius ætate repræſentatur. Præterea opinor, in hoc quoque plumbo illum non eſſe ea ipſa ætate, qua eum expreſſit cælator, nam ejuſmodi homines, ut & pictores, artem illam bene callent, qua facere ſolent, ut quis junior adpareat, quam ſit.

VI.

RUFINI VC. ideſt *Viri clariſſimi*. Ex adverſo autem B. AUG. Inter viros hoc nomine appellatos ſub Conſtantino Magno, Conſtantio, Juliano, & Valentiniano Seniore quidam fuit Prætorii Præfectus, ac deinde Tutor Arcadii, qui occiſus eſt IV. ſæculo exeunte, quod Imperium affectaret; alius autem ſub Honorio; tertius denique Anaſtaſii Imperatoris collega fuit in Conſulatu.

VII.

Crux, & in ejuſdem angulis litteræ EX DA. Utrum vero hæ litteræ ſiglæ ſint, an nomen efficiant ſive Gothicum, ſive Longobardicum, incertum. In parte autem poſtica animal quoddam, quod ſtellionem vocant.

CAPUT VIII.

I.

CAput Virginis Mariæ cum puero Jeſu ante pectus. Ex adverſo autem nota compendiaria, quam legerem *Aureli Presbyteri*, qui forte alicui eccleſiæ dicatæ ad honorem ejuſdem Virginis inſerviebat. Hujuſmodi conjecturæ rationem deſumo ex parva quadam inſcriptione in onyche Orientali, quam dono dedi Muſeo Kirkeriano, quæque ſic habet:

☧ AR. ☧
BENEMERENTI. IN PACE QUE
VIXIT ANNUS XVII. DEPOSITA
VX KAL. OCTOBRE.

Hic quoque ſiglas AR legerem *Aurelie*; illud præterea animadvertendum occurrit, Kalendarum nempe computationem litteris VX expreſſam, ut vulgo etiam dici


VIII
1
2
3
4
5
6
7

ROMA

Digitized by Google

dici ſolet quinto decimo, ante ponendo minorem numerum majori in pronunciando, non autem contra, ut poſtularet ratio computandi.

II.

DRUDIS; inde autem ΑΩ. In poſtica vero parte RASIN, & iterum ΑΩ. Sigillum hoc facile Gotho alicui, ſive Longobardo tribuerem. Videatur num. V. ſequentis capitis.

III.

Caput Mariæ Virginis cum puero Jeſu. Ex adverſo nota compendiaria cum octo litteris, quam legerem, quamquam non ſine cunctatione, *Beate Paule Apoſtole adjuva*.

IV.

Agnus Redemptoris ſymbolum, ut indicant litteræ I S, ideſt *Jeſus*, apud quem Sanctus quidam cum tunica, & pallio brevi. Quis autem ille ſit, me quidem latet, quum inſcriptio, ex qua forte id adparebat, omnino conſumpta ſit. Ejus veſtis haud abſimilis eſt illi, qua præter ceteros utebantur Jeſuatæ, ita appellati, quod frequentiſſime Sanctiſs. Jesu Chriſti nomen pronunciarent. Utrum itaque ea effigies tribuenda ſit B. Jo. Columbino, qui eorum Ordinem inſtituit circa medium XIV. ſæculum, judicium eſto apud Lectorem; nihil enim hac de re placet ſtatuere. In parte poſtica ſtemma cum tribus faſciis tranſverſim ductis, quod certum indicium eſt, ſigillum hoc eſſe temporum recentiorum.

V.

B. Virgo cum Puero, & inſcriptio GENITRIX DOMINI. Ex adverſo autem nota compendiaria inter anchoram, ſpei ſymbolum, quam legerem *adjuva nos*. Plumbum etiam refert Ciacconius tom. 1. pag. 31. ubi legitur SANCTA MARIA ADJUVA MAURICIO.

VI.

Nota Græce inſcripta cum monogrammate JESUS XPS. In averſa parte B. Virgo cum Puero. Sigillum forte alicujus monaſterii, ſive eccleſiæ eidem Virgini dicatæ.

VII.

Capita duo denudata. In parte vero poſtica Victoria palmas duas, ut mihi videtur, manibus tenens. Ex quo ſuſpicari licet, fuiſſe hoc ſigillum Imperatorum Orientalium, quamvis me lateat, quibus tribuendum ſit.

CA-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPUT IX.

I.

ΠΑΥΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, *Pauli Archiepiſcopi*. In parte poſtica ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ, *Theſſalonicæ*, urbis Macedonicæ.

II.

Victoria e conſpectu poſita cum volumine in dextera, patera in ſiniſtra. Utrum hoc plumbum inter ſigilla ſit accenſendum, aliorum eſto judicium. Epigraphe: GLORIA IN EXCELSIS.

III.


Nota compendiaria, quæ forte legenda eſt *Paſchalis*. Quod quidem, ſi verum ſit, nil mirum, Græcum X poſitum hic eſſe pro Latinis litteris CH. In nummis enim Græcorum Imperatorum habetur ĪS X̄S cum eadem littera X Latinis conjuncta. Latini quoque, ut ait P. Vitrius S. J. Auctor Diſſertationis de ſepulchro S. Flavii Clementis Martyris, X̄PS, X̄PO *ſcripſere pro Chriſtus, Chriſto*. Vidimus quoque in plumbis Pontificiis nomen Sergii ſcriptum littera Γ pro G hac ratione SERΓII, quod tunc temporis in Italia Græcæ linguæ uſus invaluiſſet, ob imperium Orientalium Imperatorum, qui vel adhuc in Italia dominabantur, vel paullo ante dominari deſierant. Nota tamen compendiaria Paſchalis Papæ apud Ciacconium ab hac noſtra diverſa eſt, ut ibi videri poteſt. Verum, unum idemque nomem reperiri variis notis inſcriptum, confirmatur apud Ducangium, alioſque. In averſa plumbi parte: IN SANCTA TRINITATE CONFIDENS.

IV.

ΑΛΦΑ ΟΜΕΓΑ: *Alpha, & Omega*. In medio autem monogramma Chriſti, & in parte poſtica Salvator globum dextera, Crucem vero ſiniſtra tenens.

V.

Alpha, & Omega, in quorum medio idem monogramma Chriſti. Quæ quidem unio non raro invenitur in lapidibus Chriſtianis, quorum unum referens in laudato Opuſculo idem P. Eduardus Vitrius, ſic ait: *Ita deſignatur Chriſtum eſſe rerum omnium principium, & finem* A, *&* Ω, *quo ſe nomine Chriſtus ipſe appellavit*.


IX
1
ΠΑΥ
ΛΟΥΑΡ
ΧΙΕΠΙC
ΚΟΠΟΥ
ΘΕC
CΑΛΟ
ΝΙΚΗC
2
GLORIA IN EXCELSIS
3
+IN SCA
TRINIT
ATECON
FIDENS
4
5
6
SCAE
ECCL
CARA
LITA
7
8
9
IV

vit . In parte autem poſtica legitur GERIMNI.

VI.

SANCTAE ECCLESIAE, in averſa parte CARALITANAE. Eccleſiis etiam, ſive Capitulis propria erant ſigilla, ut animadvertit Mabillonius *de re Diplomatica*. Cujus rei exemplo ſit hoc ſigillum Eccleſiæ Caralitanæ in Sardinia, quæ urbs dicta eſt *Caralis*, ſive *Calaris*, ut ſcribit Varenus in Geographia, utque teſtis eſt Anaſtaſius de Lucifero loquens, quem ipſe vocat Caralitanum.

VII.

PE. Forte *Petrus*, ſive *Paulus* Epiſcopus. Ex adverſo autem Angelus Crucem tenens.

VIII.

Nota compendiaria inter anchoram deſignare videtur **KERΘ**. Conſulatur Ducangius, qui ſub finem Gloſſarii adfirmat *in Alexii, & Manuelis Comnenorum nummis* R *Latinum pro* B *Græco eſſe*, dum de ea precationis forma loquitur, quam ſæpe invenire eſt in hiſce plumbis, atque etiam in prædictorum Imperatorum nummis **ΚΥΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ**, *Domine adjuva* **ΚΕΡΘ** *Domine auxiliare*. In parte vero poſtica **ΜΑRΚΟΥ**, *Marco*. Etſi Græcum hocce verbum reperitur plerumque cum ſuſtantivo nomine in tertio caſu, ut ipſemet hic verti: invenitur tamen cum ſecundo etiam caſu, ut videre eſt in hoc plumbo, aliiſque hujuſce noſtræ collectionis. Ciacconius quoque in vita Sergii PP. I. refert plumbum cum Cruce ex una parte, ex alia vero cum epigraphe **ΒΟΗΘΗ ΣΕΡΓΙΟΥ**, quæ ibi interpretatur, neſcio an bene, *clamor Sergii*.

IX.

Nota compendiaria ſub hoc num. IX. delineata mihi videtur legenda SIRICI, & inſcriptio DIGNI DIACONI. Ex aliarum litterarum veſtigiis legendum puto INDIGNI. Ex adverſo autem avis quædam cum circulo inſtar nimbi circa caput, & cum litteris F E, ſupra quibus extat Crux. Nullus dubito hanc eſſe phœnicem, quæ ſæpe ſæpius in muſivis, aliiſque veterum Chriſtianorum monumentis invenitur, ut conſtat ex Ciampinio Veter. Monim. Tom. 2. cap. 23. & ex Roma Subterranea, ſeu ex Animadverſionibus ad ſculpturas, & picturas cœmeteriorum, quas edidit Johannes Bottarius Tom. 1. pag. 84. ubi quid ſibi vel-

vellent Veteres Chriſtiani, dum hanc avem in ſuis picturis inducerent, luculenter ſatis enarratur.

CAPUT X.

I.

IΩANNOT. In parte poſtica IΛΛOTCTPIOT, *Johannis illuſtris*. Dignitatis titulus hic fuit; ait enim Ducangius: *Illuſtrium titulo donabantur dignitatum ſumma faſtigia Præfecti Prætorio, Vrbis, Annonæ, Sacri Cubiculi, &c.*

II.


JOHANNIS. In adverſo latere DEFENSORIS. Duplicis quidem generis fuere Defenſores, profani alteri, alteri vero Eccleſiaſtici. De primis loquar in notis ad plumbum, quod præter hunc titulum præfert etiam aquilam, ideoque profanum mihi videtur. In Africa ejuſmodi munus ortum habuit, ubi Epiſcopi obtinuerunt ab Imperatoribus facultatem deputandi aliquos, qui Eccleſiarum, earumque cauſſarum defenſioni præeſſent. Iidem poſtea & Romæ fuerunt; quorum numerum ad ſeptem auxit Gregorius Magnus, quos ex ordine clericali deſumpſit. De hiſce autem ſcribit Ducangius: *Munus erat pauperum, & Eccleſiarum defenſioni, & utilitati invigilare, & ut legata ad pias cauſas relicta Eccleſiarum pauperibus diſtribuerentur, ut eſt formula Defenſoris conſtituendi apud Gregorium Magnum. Mittebantur etiam a Summo Pontifice in provincias, ut implorantibus Apoſtolicæ Sedis auxilium adeſſent.*

III.

THEODOR PBRI, ideſt *Presbyteri*. Ex adverſo autem capita Apoſtolorum Petri, & Pauli, media autem Crux ſatis longa. Etſi plures habet ſignificationes titulus *Presbyteri*; tamen ratione habita ad id, quod in parte poſtica cernitur, facile adducerer, ut crederem, Theodorum hunc fuiſſe Eccleſiæ Romanæ presbyterum, ac proinde, ut vocant, *Cardinalem*. Hujuſce nominis quatuor fuere ſub finem ſeptimi, & noni ſæculi initium. Videſis Ciacconium, & Indicem Cardinalium apud eumdem, quem Coronellius elucubravit.

IV.

X



Digitized by Google

ROMA

Digitized by Google

IV.

AGAELI EPISC. In averſo latere effigies Salvatoris Crucem bajulantis, & quaſi ambulantis.

V.

A AFRONH. In parte vero poſtica PPIALIE.

VI.

Ex una parte tantum AVQA, vel AVEA PPA.

VII.

Effigies Angeli cum ſcuto, & lancea. Ex adverſo autem nota compendiaria, quæ videtur legi poſſe S D E F S, ſcilicet *Sigillum Defenſoris*.

VIII.

ΔΕΗΤΟΤ ΑΠΟ ΕΠΑΕΧΩ, forte ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ, *Deiti Præfecti*. Haud ſaneinfrequenter habetur hujuſmodi titulus in hiſce plumbis, quippe qui ſæpe in Aula Conſtantinopolitana uſuvenerat. Eo autem donabantur, qui urbi alicui præerant, ſive annonæ, &c. In parte oppoſita KEB. *Domine adjuva*, quam formulam ſæpe in aliis quoque ſigillis videre erit.

GAUDIOSI EPISCOPI. Septem apud Ughellium Epiſcopi habentur hoc nomine; Salerni, & Eugubii ſexto currente ſæculo; Reatis, & Capuæ circa medium VII., Signiæ, Puteolorum, & Brixiæ ſub ejuſdem ſæculi finem. Ex alia parte inter duas palmas effigies forte alicujus Sanctæ Martyris illius Eccleſiæ Titularis, cujus Gaudioſus hic erat Epiſcopus.

X.

SERGII NOTARI. In averſo latere capita Principum Apoſtolorum, atque inter ea Crux. Haud a vero alienum eſt, forte fuiſſe Sergium unum ex Notariis Apoſtolicis, *qui*, ut ſcribit Ducangius, *ab Pontificibus ordinati ubicunque loci eſſent, etiam extra ſtatum Eccleſiæ, ſuo poſſent uti officio, & inſtrumenta conficere*.

XI.

SERGII SERVI; alia vero ex parte SCI APOLENARIS. Abbas forte ille fuit alicujus Monaſterii huic Sancto ſacri, cum mos fuerit Monaſteriis in ſigillo nomen apponere illius Sancti, quem Titularem, & Patronum habebant.


CAPUT XI.

I.

PLumbum hoc inauratum ejuſdem magnitudinis, quam hic exhibemus, pondus habet unciarum quinque cum triente. Altera effigies Juſtinianum, altera vero Theodoram repræſentat illius uxorem, ut colligitur ex litteris, quæ ſuperſunt partim corroſis . . . . . CTINIA-NOC CEB. Templum vero, quod manibus tenent, illud ſane eſt, quod in honorem divinæ Sapientiæ a Juſtino inceptum, inde a Juſtiniano abſolutum fuit, quodque vulgo dictum eſt *S. Sophia*, ſicuti indicio ſunt ipſæ litteræ ſupra, & infra hoc templum poſitæ H AΓIA COΦIA. Partis vero poſticæ inſcriptio fere tota conſumpta eſt.

II.

Caput Auguſtæ oblique poſitum cum inſcriptione D. N. GALLA PLACIDIA. P. F. AUG. Non quidem ſecunda uxor Theodoſii Magni, ſed filia, quæ fuit mater Valentiniani Tertii, quæque cum Conſtantinopoſim confugiſſet apud Theodoſium Juniorem, ab eoque Auguſta conclamata fuiſſet circa annum CCCCXXIV., poſt Honorium ejus fratrem vita functum, Italiam cum filio repetiit. Ex adverſo Victoria, & longa Crux, ad cujus latera R. V. Hoc autem, meo quidem judicio, ſignat Crucem, quam Conſtantinus vidit arrham Victoriæ, & invenitur etiam in nummo hujuſce Gallæ Placidiæ Junioris relato a Ducangio, aliiſque. Inde mihi orta ſuſpicio eſt, hoc plumbum fuerit ne ſigillum, an potius numiſma, uti ſupra dixi de nonnullis Imperatorum plumbis. Hujuſmodi plumbum protulerunt in lucem alii duo Auctores, Seguinus pag. 330. qui putat duas litteras R. V., quæ in parte poſtica habentur, ſignificare *Regina Viſigotorum*, eo quod Autulphi uxor illa fuerit. Verum præterquamquod nullum eſt exemplum hujuſce tituli in Gothorum Regum numiſmatibus, obſtant quoque aliarum Auguſtarum, & Imperatorum nummi, in quorum poſtica parte eædem litteræ R. V. reperiuntur, ut videre eſt præſertim apud Bandurium. Itaque veroſimilius eſt, eas ſignificare *Roma victrix*, ſive Monetarios, & officinas indicare. Alter vero eſt auctor Muſei Sanctæ Geneveſæ pag. 895. ubi


XI
I
2
COФIA
CTINIANOC CEB
EICΘEU
ECTA
TOIC
RVT
KAI
CE IKH
DN GALLA PLACIDIA P F AVG
R
V

ROMA

Digitized by Google

ROMA

XII


1
2
3
ΠΑVΛωΠ
ΑΤΡΙΚΣ
ЄΠΑ
Ρ Χ
ω
4
ΑΤΑ
ΟΝΙ
ΚΟV
ΑΠΟ
ЄΠΑΡ
ΧωΝ
5
ГОVΚΟΙ
ЄΡΚΙΑΡΙ
VΑΠΟΘΗΚ
ΗCЄΛΛΑ
ΔΟC
6
7
ΜΑV
ΡΙΚΙω
ΑΠΟЄΠ
ΑΡΧω
Ν
8
9
CEN
ZOG
ENT
RX
10
ΜΑV
ΡΙΚΙω
ΑΠΟЄΠ
ΑΡΧω
Ν

ubi ſubdit : *On n'auroit peutêtre pas cru, que l'invention de pendre les ſceaux aux bulles fut ſi ancienne* ; verum nil ſane mirum , in ea opinione verſatum eſſe hunc Auctorem, ſicut & Polidorum Virgilium alioſque, qui hujuſmodi uſum non antea invaluiſſe arbitrati ſunt, quam VIII. vel IX. ſæculo : ii enim omnes carebant documentis illis, quæ poſtea decurſu temporis detecta ſunt.

CAPUT XII.

I.

NOta compendiaria ad extremitates Crucis HCAN. Sane arbitror, haud quidem hic ſignificari nomen illius, ad quem pertinebat ſigillum, ut plerumque moris erat; ſed potius formulam quamdam precandi, eamque ſæpe adhibitam. Adfirmat Ducangius in Diſſertatione ad calcem Gloſſarii, in quodam Heraclii nummo ſcriptum haberi DEUS ADJUTA ROMANIS; quam formulam, etſi aliquanto immutatam, ſæpe reperire eſt in quorumdam Græcorum Imperatorum nummis, & in hiſce plumbis. Hanc igitur notam explicarem I H C *i. Jeſus adjuvet nos*. Littera C nihil aliud refert, quam antiquum Σ, cum haſta recta expreſſum ; quare idem eſt, ac C Græcum, & S Latinum. Hujuſce rei argumentum habemus in plumbo VI. cap. XIII. & in VI. pariter cap. XIV. Quoniam vero hujuſmodi exempla revocari in dubium poſſent; clarius profecto eſt argumentum illud, quod ex Diſſertatione de Flavii Clementis Conſularis, & Martyris ſepulchro eruitur. Ibi enim pag. 17. refertur nomen D. Jo. Chryſoſtomi antiquæ picturæ hoc modo ſubſcriptum OAIωCPCO ; ubi cernere eſt monogramma ad primam ſyllabam nominis illius Sancti exprimendam, & C ad initium alterius, hoc eſt XPTCOCTOMOC indicandum. Sed ad rem noſtram faciunt, quæ ad hujuſmodi ſcripturam animadvertit P. Vitry : *Jam vero*, inquit, H C *eſt pro* I H C, *ſeu* IHCOYC *Jeſus, quod nomen ſanctiſſimum etiam hodie ſcribitur a Latinis* IHS. In poſtica autem plumbi parte C. ET RIX R. Video equidem in hiſce ſigillis inveniri ad caput ligni tranſverſi Crucis vel littera H, vel K, vel Θ. Harum vero poſtremam, ſive alteram deeſſe crederem,

vel ſubintelligi in hoc plumbo: unde haberetur K C, *Dominus*, ſive Θ C, *Deus*, *&* *Rex regnantium*. Ita enim reliquum legerem. In Juſtiniani II. nummo ſcriptum latine habetur I H S. CHRISTUS REX REGNANTIUM.

II.

ΦΤΛΩΤΕΤ, *Philothei*. Ex adverſo autem ΒΕΡΙΑΤΙΟΤ, *Beriatii*.

III.

Hic quoque nota compendiaria adeſt ad Crucis extremitatem. Quidquid ſupereſt ex ea littera, quæ in extremitate lineæ tranſverſæ dextrorſum cernitur, ſumerem pro B; unde haberetur ΚΒΗΘ, & legerem ΚΤΡΙΕ ΒΟΗΤΕΙ, *Domine auxiliare*, ΤΩ ΣΩ ΔΟΤΛΩ, *Servo tuo*. Præter alios in quodam Alexii Comneni nummo habetur ΚΕΒΟΗΘΕΙ. ΑΛΕΞΙΩ. ΔΕΣΠ. Qua de re videatur Hiſtoria Bizantina. In alia plumbi parte ΠΑΤΛΩ. ΠΑΤΡΙΚ S ΕΠΑΡΧΩ, *Paulo Patricio*, *&* *Præfecto*. Patriciorum ſane dignitas, ut ait Zoſimus libr. 2. inſtituta fuit a Conſtantino Magno, eaque fuit, juxta Valfridi Strabonis animadverſionem *de rebus Eccl.* cap. 31. omnium, quæ in Aula erant, præſtantiſſima. Primum temporanea forte fuit, quum in Codice Theodoſiano inveniatur verbum *Expatricius*; eaque poſtea perpetua fuit Gothorum temporibus, ut Ducangius arbitratur. Profecto cum alio munere conjuncta invenitur, ut hic cernere eſt. *Eparchus* vero idem erat, ac Præfectus, ſive is eſſet Prætorii, ſive Urbis, ſive Provinciæ, &c. & forte tunc temporis merus fuit titulus. Nota vero S, quæ intermedia eſt poſtremis duobus verbis, particulæ *Et* æquivalet. Inter alios Hiſtoriæ Bizantinæ nummos, in quibus idipſum reperire eſt, duos tantum ſeligo, alterum Leonis Iſaurici DD NN. LEO S CONSTAN. alterum vero Græcum Baſilii Imperatoris ΜΙΧΑΗΛ S ΘΕΟΦΙΛΟΣ, *Michael*, *&* *Theophilus*.

IV.

ΑΤΑΟΝΙΚΟΤ. Ex adverſo autem ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ *Præfecti*. Hæc phraſis, ficut & quæ in plumbo antecedenti eſt, idem omnino ſignificat apud Græcos; eo pariter modo, quo apud Latinos idem eſt dicere *Præfecti*, ac *ex Præfectis*.

V.

ΕΝΓΟΤΚΟΙΑ ΕΡΚΙΑΡΙΩΤ ΑΠΟΘΗΚΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ, *Enguceli*

cæli Cuſtodis Annonæ Græciæ. Nullibi quidem offendi verbum ΕΡΚΙΑΡΙΟϹ; verum cum ΕΡΚΟϹ *ſeptum*, ΕΡΚΙΤΗϹ vero *Cuſtos* ſignificet; idcirco illud etiam Cuſtodem ſignificare exiſtimavi; atque adeo miniſtrum illum, de quo hic ſermo eſt, Adminiſtratorem, Depoſitarium, ſive, ut veteres Latini ajebant, Arcarium tritici Græciæ fuiſſe cenſeo. Hoc autem pacto vocem ΑΠΟΘΗΚΗϹ interpretatus ſum, quod apud Ducangium verbum hoc poſterioribus Græciæ ſæculis idem ſignificaret, ac *horreum*. Alia ex parte figura Imperatoris ſtans, & epigraphe ΑΠΟΕΠΑ ... ΝΤΙΝΟΤ, ad cujus latera Α ΙΒ quam quidem ſupplens legerem: *Ex Præfectis Conſtantini an. duodecimo*. Imperatores vero, qui Conſtantini nomine ultra duodecimum annum in Græcia imperarunt, fuere Pogonatus poſt medium VII. ſæculum; Copronimus circa medium VIII.; & Conſtantinus, qui dictus eſt ſextus, ſub ejuſdem ſæculi finem.

VI.

ΑΡΙΧΑΤΜΑ. Ex adverſo autem ΝΕΒΙΕΠΙΤΒ.

VII.

Crux cum nota compendiaria. Sub trunci initium reliquias monogrammatis videre mihi videor; ☧ΗϹΒ. *Jeſus Chriſtus auxilietur*. In parte vero poſtica ΜΑΤΡΙΚΙΩ ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ, *Mauricio Præfecto*.

VIII.

Solita Crux, & ſiglæ ANC, hoc eſt, meo quidem judicio, *adjuva nos Chriſte*. In latere oppoſito eadem formula Græce ΚΕΒΟΗΘΕΙ, *Domine adjuva*. *Scilitzes adnotat*, inquit ea de re Ducangius, *clamorem militarem Græcorum hiſce conflatum verbis*.

IX.

CENZOGENTI. Ex adverſo autem R X.

X.

In Comnenorum numiſmatibus reperitur, ut laudatus Ducangius animadvertit, R Latinum pro B. Græco. Idem hoc loci dicendum crederem, ac proinde legerem ΗϹΒΟΗΘΕΙΤΟ, etſi B inverſum ſit, ut etiam in plumbo VIII. *Jeſus opituletur*; inde vero ΜΑΤΡΙΚΙΩ ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ, *Mauricio Præfecto*.

CA

CAPUT XIII.

I.

B. Virgo cum Puero, & epigraphe ALMA DEI MATER. In parte autem poſtica effigies Epiſcopi, & inſcriptio S. SIGILLUM ALMERICI EPISCOPI TRIPOLITANI. Almericus hic natione Gallus, & Epiſcopus Tripolitanus in Syria miſſus fuit a Patriarcha Antiocheno, ſæculo XII. exeunte, ad Angliæ Regem, ut eum admoneret de urbe Jeroſolymitana a Saladino capta. Quæ quidem urbs a Chriſtianis expugnata an. 1099. deinde amiſſa fuit an. 1187. Videatur P. de Paulis in Diplomatibus Melitenſibus tom. 1.

II.

Tres figuræ male quidem delineatæ. Sigillum hoc forte pertinuit ad Duces Gothicos, ſive Longobardicos.

III. IV.

Caput apertum, & incognitum. Ex adverſo autem Leo cum litteris M C B.


In altero vero plumbo alius item Leo cum ave ſupra dorſum exhibetur.

V.

Media figura cum pallio, ſive cuculla. Utrum autem faſciola ſerpens ad dexterum latus fortuita ſit, an myſtica, ſicuti etiam baculus ille, qui ad ſiniſtram eſt, & inſtar manus apertæ terminatur, utrum talis revera ſit, ſive potius cereus accenſus, me quidem latet. Ex alia vero parte Crux quadrata, & inſcriptio BENEDICTUS OBLATION. Tum figura, tum inſcriptio haud ſunt anaglypta, ſed plumbo inciſa. Equidem legerem BENEDICTUS OBLATIONARIUS. Oblationarius autem Subdiaconus erat, & aliquando Diaconus, *ad cujus miniſterium pertinebat*, inquit Ducangius, *oblatas, panem ſcilicet & vinum, Pontifici Miſſam celebranti e Patriarchio deferre, & eas Archidiacono offerre*. Utrum vero plumbum hoc ſit revera ſigillum alicujus diplomatis, an potius privilegii ab Oblationario alicui conceſſi; an ſpecies quædam teſſeræ, an votum, an quid ſimile, haud ſane ſciverim. Quicquid tamen ſit, ad panem oblatæ, ſive aliud quid obſignandum inſerviſſe, non equidem adduci poſſum, ut credam. Quod au-

Digitized by Google

XIII


1
2
3
4
5
6
7
8
ALMA DEI MATER
S ALMERICI E TRIPOL
MC
B
OBLATIONI BENEDICTVS
DNIVSTINI
IWAN
NHUNA
TW
NOT

ROMA

autem litteræ excavatæ ſint, id certe non impedit, quominus plumbum ſigilli typus eſſe poſſit. Haud abſimili quidem ratione obſignati videntur varii antiquorum lateres.

VI.

Caput Imperatoris cum epigraphe conſumpta DNV. In parte autem poſtica DN JUSTINIANUS AUG. In medio Crux cum nota compendiaria IC *Jeſus*. Signum illud ad finem trunci Crucis ſi ſumatur pro A, ſignificaret *adjuvet*. Hujuſmodi S ita C expreſſum, quod Mabillonius vocat antiquum Gallicum, ut & illud I tranſverſum ad verticem, reperiuntur in lapidibus inferiorum ſæculorum, ut animadvertere eſt in epitaphio S. Severæ, quod Lupius inluſtravit. Utramque autem inſcriptionem idem innuere autumo, hoc eſt JUSTINIANUS. Quod ſi quis in parte, ubi adeſt caput, legere mallet JUSTINUS, atque adeo utrumque illorum uno in plumbo conjungere, quod in Imperio (quamquam brevi admodum tempore) collegæ fuerint, illud fortaſſe abs re non eſſet.

VII.

Imago Virginis cum puero Jeſu. In averſa facie ΙΩΑΝΝΗ ΥΠΑΤΩ, *Johanni Conſuli*.

Quæ plumba nomen præferunt in tertio caſu mihi videntur continere ſive expreſſam, ſive tacitam formulam illam precandi Dominum, vel Deiparam, quam pluries alibi obſervavimus; ac forte litterarum nexus, qui id continet, ille eſt ceteroquin parvus, qui ad Imaginis dexteram hic cernitur. Nomen Conſulis tantæ primum auctoritatis & decoris fuit, poſtea *feneſcente Græcia*, ut ait Ducangius, mere honorarium; quum jam a tempore Juſtiniani, VI. labente ſæculo, annua Conſulum ſeries ceſſaverit. Nulli tamen tribuebatur hoc nomen, niſi Optimatibus.

VIII.

Capita Apoſtolorum Petri, & Pauli. In poſtica autem parte GYTHI NOTARI. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Notarii multiplices fuere, iique plus, minuſve conſpicui. Alii enim erant Epiſcoporum, alii Romanæ Eccleſiæ Notarii. Quodnam vero illorum munus fuerit, requiratur apud Ducangium.

CA-

CAPUT XIV.

I.

NUm. 1. exhibetur plumbum inſtar nummi maximi moduli; in eoque herma cum capite corona inſignito, & inſcriptione D N HLUDOVICUS IIIS AUG. ubi obſervanda occurrit litteras S poſt tres unitates poſita, ut facilius intelligatur numerus *tertius*. *Ludovici* nomen cum aſpiratione H in principio paſſim occurrit in diplomatibus, & in ſcriptoribus ſynchronis. Ex adverſo autem DECUS IMPERII; quem quidem titulum mihi nuſquam reperire datum fuit inter tot Imperatorum ſigilla. Vixit autem hic Princeps ſæc. X. ineunte,

II.


Vir quidam cum clamyde ſuper humeros, globum ſiniſtra tenens. Ex adverſo autem monogramma Chriſti. Primus omnium Conſtantinus Magnus illo uſus eſt in nummis; ac fieri poteſt, ut ex illo tempore poni cœptum ſit etiam in ſigillis, & annulis. Ex hoc tamen non infero, hujuſmodi plumbum ad id temporis referendum.

III.

Notæ compendiariæ conſuetæ ΚΒΟΗΘ ΤΩ CΩ ΔΟΥΛΩ. *Chriſte, opitulare ſervo tuo*. In parte autem poſtica ΘΚΕ. Nam mihi videntur in nota ſimul conjunctæ poſtremæ hæ duæ litteræ; quod quidem obſervari etiam poteſt in aliis plumbis, & in prima hujuſce ipſius facie in B E ſimul junctis. Reliqua vero legerem ΠΑΤΡΙΚS ΕSΑΡ. atque omnia ſimul ΘΕΩΤΟΚΟC S ΠΑΤΡΙΚΙΩ ΚΑΙ ΕCΑΡΚΩ. *Deipara Patricio, & Exarcho*; atque hic Patricium non viri, ſed dignitatis nomen eſſe cenſerem. In aliis quoque plumbis nomen deeſſe compertum eſt: præterea nota illa S duobus verbis intermedia, quæ, ut alibi eſt adnotatum, *Et* ſignificat, ac ſi diceret: *Et Patricio, & Exarcho*. Exarchi autem Viri principes erant, quos Orientis Imperatores in remotas provincias, ac præcipue in Italiam, mittebant, ut tamquam eorum Vicarii illis præeſſent. Hinc fuit celeberrimus Ravennæ Exarchatus, qui initium ſumſit a Juſtino Juniore ſub finem VI. ſæculi, & finem habuit circa medium VIII., cum a Longobardis fuit occupatus.

IV.

XIV



IV.

Caput laurea præcinctum, quod puto referre Henricum Secundum, cum ejus nummis omnino ſit ſimile.

V.

Monogramma ſuper Aquilam, & litteræ ΘC, ſcilicet ΘEOC XPICTOC i. *Deus Chriſtus*. Haſta autem monogrammatis deſinit in anchoram, ut inde pateat, in quonam ſpes noſtra ponenda ſit. Hujuſmodi ſymbolum animadvertimus, etiam in plumbo III., aliiſque hujus collectionis; eoque uſi ſunt Chriſtiani in eorum annulorum gemmis, & in lapidibus ſepulcralibus, ut videre eſt in Roma Subterranea cum animadverſionibus edita anno 1737. tom. I. pag. 141. In parte autem poſtica inſcriptio haud ſane integra TRA AN APT.

VI.

Siglæ IHBKΘ ſignificant: *Jeſus Chriſtus Deus*. Littera, quæ B apparet, re vera S putarem, ſed linea recta non ad litteram S pertinet, ſed ad monogramma. Ex adverſo C H K inter duos olivarum ramos.

VII.

Herma ſacris veſtibus indutus more Epiſcopi, nempe pallio cum crucibus, & Evangeliorum libro. Dextera more Latino nempe tribus primoribus digitis extenſis benedictionem impertitur. Hinc inde ſcriptum eſt ONIKOΛΑΟC. Ex adverſo autem SIGLL SCI NICOLAI: ex quo probabiliter erui poteſt, ſigillum hoc fuiſſe alicujus illuſtris monaſterii B. Nicolao ſacri, cum Mabillonius cap. XV. de re Diplom. adfirmet, quod *inſcriptio monaſterialium ſigillorum a Patrono deſumebatur*. Niſi tamen dicendum ſit, fuiſſe potius ſacelli ipſius S. Nicolai, quod Barii exiſtit, cuique Præſes quidam peculiaris præeſt, ubi exſtant ſacra ejus Lipſana Myra Liciæ Barium translata ſæculo XI. exeunte.

VIII.

Figura velut dalmatica induta, cum epigraphe SCS JANUARIUS. In parte autem poſtica PAULI EPISCOPI. Epiſcopi quoque, ut ait laudatus Auctor loco citato: *Sigillis prius imponebant quidlibet, deinde nomen proprium, tum Sancti Eccleſiæ Patroni, poſtremo ſuam ipſorum imaginem*. Nullum itaque eſt mihi dubium, quin ſigillum hoc pertineat ad Epiſcopum urbis Neapolitanæ, cujus Patro-

nus eſt S. Januarius. Duo autem fuere illius urbis Epiſcopi nomine Pauli; alter circa medium VIII. ſæculum; alter ſub ejuſdem ſæculi finem; ut melius hac de re patebit ex iis, quæ Vir Cl. mihique amiciſſimus D. Ignatius Maria Como Patricius Neapolitanus dicturus eſt in ſuo Opere Latine ſcripto de Summis Pontificibus, & Cardinalibus in Regno Neapolitano ortis, cum præſertim ſermo illi occurret de S. Januario ejuſdem Regni Patrono.

CAPUT XV.

I.

PETRI: ex alia parte NOTARI. Petrus quidam Notarius, cujus mentio eſt apud Sigonium, miſſus fuit cum nonnullis Epiſcopis a Theodorico ad Juſtinianum Imperatorem, ut de rebus ad religionem ſpectantibus ageret.

II.

DAMIANI NOTARI. Ex alia vero parte Aquila. Hunc Notarium Imperatorium fuiſſe crederem. *Notarii*, inquit Ducangius, *dignitas varia apud Imperatores; præcipui erant Notarii, & Tribuni Notariorum*. Conſulatur idem Auctor.

III.

GREGORI NOT. i. *notarii*. Ex adverſo Aquila.

IV.

BASILI. *Alia* ex parte Aquila.

V.

ISMARAGDUS. In poſtica autem parte Aquila. Smaragdus quidam ſæc. VI. exeunte ſecundus fuit Ravennæ Exarchus; quare hæc duo nomina, quæ nulla in re differunt, niſi in una tantum littera, forte confundi poſſent: verum cum hoc ſigillum ſimile omnino ſit, aliorum Notariorum ſigillis; puto equidem Iſmaragdum hunc fuiſſe potius Notarium, ſive aliquem ex aliis Imperatoris Miniſtris.

VI.

STEPHANI PBI. i. *presbyteri*. Ex alia parte duo capita probabiliter Principum Apoſtolorum, & Crux in medio.

Pre-


XV
+PE TRI +
+NO TAR +
1
DAMI ANI NOTARI
2
GRE GORI NOT
3
+BA SILI
4
+IS MARAC DVS
5
+ STE P HANI PBI
6
+QVA DRAGI SIMI
7
+ANA+ STASII ARCHI EPCI+
8
+MARCI MONACHI
9
+THE OPEMP TIDEF
10
+THEO DOSII PBI
11

Digitized by Google

Presbyteri, inquit Ducangius, *alii erant agrorum, & ruris, dicti Corepiſcopi; alii Presbyteri populi, ſeu plebani; alii cathedralis, qui ex parochiis ab Epiſcopis in urbem matricem evocarentur, quo illorum opera, & induſtria in ſacris obeundis, & componenda diœceſi uterentur: alii Presbyteri Cardinales*. Conſulatur laudatus Auctor, qui hac de re fuſiori calamo differit. Facile autem crederem, Stephanum hunc, de quo loquimur, Presbyterum Cardinalem fuiſſe S. Romanæ Eccleſiæ, eo quod in plumbo videantur capita Apoſtolorum Petri, & Pauli. Nec refert, ibi Cardinalis titulum expreſſum non eſſe, namque id non raro uſuveniebat, ut videre eſt apud Ciacconium. Quiſnam vero ille ſit, & quo tempore vixerit, me prorſus latet. In tubo quidem plumbeo, ejuſdemque magnitudinis, ac tubi aquæductuum Imperialium, qui repertus eſt Romæ in quadam maceria inter S. Joannis in Laterano, & S. Crucis in Hieruſalem, ſcriptum legitur uncialibus litteris ✠ ZALVO PAPA JOHANNE STEPHANUS PP. REPARAVIT. Hic autem tubus adſervatur in Muſeo Kirkeriano, cui egomet dono illum dedi. Utrum vero Stephanus tubi idem ſit cum Stephano ſigilli, difficile dictu eſt; cum ſemper elapſis ſæculis plures fuerint eodem vocati nomine, & quandoque ejuſdem generis homines.

VII.

QUADRAGESIMI. In parte vero poſtica capita Apoſtolorum Petri, & Pauli, ut mihi quidem videtur.

VIII.

Caput apertum. Ex adverſo autem ANASTASII ARCHIEPISCOPI. Hujuſce nominis Archiepiſcopum nullum inveni; bene vero Epiſcopos plures apud Ughellium. Ex his unus fuit Cardinalis Epiſcopus Albanenſis, qui ſæc. XII. ineunte miſſus eſt Legatus Beneventum a Paſchali Rom. Pont. Alius vero circa medium VIII. ſæculum miſſus eſt a Gregorio III. ad Carolum Martellum, ut ab eo auxilium peteret adverſus Longobardos.

IX.

B. Virgo cum puero Jeſu. In parte autem poſtica Aquila, & inſcriptio MARCI MONACHI. Sigillum Abbatis probabiliter alicujus Abbatiæ Imperialis, qui forte alicujus negocii aulici munere fungebatur. Apud Montem Caſſinum fuit Marcus quidam Monachus, qui vitam

S. Benedicti a S. Gregorio ſcriptam in numeros redegit. Verum hic quoque, ut & alibi, quotieſcumque viri alicujus occurret mentio, illud in memoriam revocandum eſt, quod ſub finem num. VI. hujus capitis dictum fuit.

X.

THEOPEMPTI DEFENSORIS. Ex alia autem parte Aquila. Defenſores erant, ut Ducangius animadvertit, quandoque velut Syndici, quandoque autem genus quoddam Tribunorum Populi in urbibus; eorumque munus erat, Populos ipſos in officio paceque retinere, eorum querelas audire, de iiſque judicium ferre, vectigalium curam gerere, aliaque id genus.

XI.

Capita Apoſtolorum Petri, & Pauli, media autem Crux Epiſcopalis. In parte vero poſtica THEODOSII PRESBYTERI. Hunc quoque Theodoſium ex iis, quæ num. VI. a me dicta ſunt, S. R. E. Presbyterum Cardinalem facile crederem.

CAPUT XVI.

I.

Sanctiſſimæ Virginis imago cum Puero Jeſu. In poſtica parte: CTMEON ΔΟΤΛΟΤ THC ΘΕΟΤΟΚΟΤ. *Simeonis ſervi Deiparæ*. Abbatis ſigillum crederem, at non pro certo affirmo, cujuſdam monaſterii Virgini dicati.

II.

Aquila, & ſiglæ ΑΘ in Cruce, quas ΑΓΙΟC ΘΕΟC, *Sanctus Deus* legerem. Ex alia parte duæ figuræ, quarum prima, uti patet ex nimbo eſt alicujus Sancti; altera apparet elatis manibus eodem modo, quo in aliquibus picturis, & cœmeteriorum anaglyptis cernuntur.

III.

Caput juvenile nudum, circum quod litteræ corroſæ. Ex adverſo Roma ſedens, aut Numen ſiniſtra haſtam, dextera globum gerens.

IV.

Nexus, & literæ ΚΒΗ ΤΩ CΩ ΔΟΤΛΩ. *Domine auxiliare*

XVI



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

liare ſervo tuo. Ex alia parte ANTONIΩ MHTPOΠOΛH-TH ΠOΛEOC KATANHC, *Antonio Metropolitæ civitatis Cataniæ*. Cataniæ Epiſcopi in Sicilia, ſicut & illi Syracuſarum conceſſione Conſtantinopolitani Patriarchæ, Metropolitæ vocabantur. Videatur Cantelius *De urbibus Metropolitanis*. In Sicilia autem Sacra Netinii hunc Antonium inter Cataniæ Epiſcopos non reperio.

V.

KAMΠOYΛΩ YΠATΩ, *Campulo Conſuli*. Conſuli tamen Honorario. Litterarum nexus, qui eſt in adverſa facie, eo quod ſit corroſus, hic non exprimitur. Ut ex aliquibus tamen quæ ſuperſunt, litteris conjici poteſt legendum videtur: *Domine opitulare ſervo tuo*.

VI.

IΩANNOY YΠATOY KAI ACCHKPHTHC, *Joannis Conſulis, & a Secretis*. In adverſa parte ΔOYΛOY THC ΘEOTOKOY, *Servi Deiparæ*. Conſul etiam hic codicillaris, uti Ducangius ait, & a ſecretis. Etiam in Gloſſario hoc verbum ACCHKPHTHC conjunctum, & duplici C reperitur.

VII.

Capita, quæ ſe ſe reſpiciunt, & epigraphes VICTORINI. Quidam Victorinus conſors Imperii a Poſthumo factus ejus filium nomine etiam Victorinum Cæſarem renunciavit. Quum autem nullum Imperii ſignum appareat, ſuſpicor hoc ſigillum non ad ipſos, ſed ad aliquem potius, Eccleſiæ addictum, atque in dignitate conſtitutum pertinere, qui circum illa duo capita ejus nomen poſuerit, atque SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli capita credi poſſent. Deeſt adverſa Plumbi facies, ſicut & in aliquibus hujus collectionis.

VIII.

Animal peregrinum, ſupra cujus dorſum figura, neſcio an hominis, an mulieris, & ſiglæ I L P. Neſcio, an Ilpericum ſignificent. Hic Burgundiæ Rex ſimul cum Gonderico contra Riciarium anno CCCCLXVI. à Theodorico vocatus fuit.

IX.

DULCITIUS. Ex adverſo idem nomen, ſed Græce ſcriptum ΔOYΛKITIOC. Dulcitius in Æmilia IV. ſæculo Conſularis fuit. Videatur Morerius.

X.

Digitized by Google

X.

Crux Græca, & ex adverſo caput ſenile cum inſcriptione IFFO DUX. Hoc nomen nullibi repperi. Longobardi poſt Clephi eorum Regis mortem, qui anno DLXXV. trucidatus fuit, triginta Duces in Italia elegerunt, inter quos urbes ab ipſis captas diviſere. Fieri poteſt, ut hic Iffo unus ex iſtis, aut ex eorum progenie fuerit, illi enim triginta principes, qui Duces illius nationis fuere, etiam ad eorum maſculos filios imperium tranſmiſere.

XI.

ΘΕΟΤΟΚΕ ΒΟΗΘΕΙ, *Deipara auxiliare*. Ex adverſo VIC AUG. Legerem: *Vicario Auguſti*. Imperiales Vicarii, ſicut & in multas provincias, ita in Italiam præcipuè Conſtantinopoli mittebantur, & tales erant Exarchi, aliique ſimiles miniſtri.

XII.

Aquila, & ſuper eam Crux cum nota compendiaria ΘΕ quam interpretarer: *Deipara*. Item ex alia parte aquila cum ſiglis CTPSXAP. Cunctanter lego CYN TRIAΔOS XAPITI *cum Trinitatis gratia*. Sæpe in Diplomatibus a Mabillonio laudatis SS. Trinitatis nomen reperitur; & in hac mea collectione plumbum exhibui in præteritis capitibus cum epigraphe: IN SC̄A TRINITATE CONFIDENS. Oro atque obſecror benevolum Lectorem, ut in hac, ſicut & in omni alia explicatione mihi parcat. Profero, non inficior, meam qualemcunque ſententiam, timidus tamen, & anceps eam expono paratus ſemper, & promptus ſapientiori judicio eam ſubdere, & paratus ab aliis libenti animo diſcere.

C A P U T XVII.

I.

IMago B. Virginis cum puero, & circumſcriptio partim conſumpta ΥΠΕΡ...Θ...ΚΕΒΟΗΘΕΙ. i. *Deipara opitulare*. Equidem ſupplerem ΥΠΕΡΑΓΙΑ i. *Sanctiſſima*, potius quam ΕΜΟΙ *mihi*. Fuerunt Conſtantinopolitani non minus, quam ceteri Græcorum, ſumma pietate in Virginem proni, ut ani-

XVII



ΝΙΚΟΛΑΩ
ΑΡΧΙΕΠΙCΚΟΠ
CΩΝCΤΑΝΤ
ΠΟΛΕΩCΝΕΑ
ΡΩΜΗC
1
ΚΕΒΟΗΘΕΙ
2
ΚΕΥ
3
ΑΜ
4
ΙΑΝ
ΧΟ
5
ΤΗΕΟ ΤΟ
6
7
ΡΕΤR
ΧC
8
ΘΕΟΤ
ΟΚΕΒΟ
ΗΘΕΙ
ΘΩΜ
CΚΡΙΒ
ΩΜΙ
9
ΘΕΟΤ
ΟΚΕΒ
ΤΩΔΟ
ΥΛΩC
ΟΥCΕΡ
ΓΙΩ
10
CΤ
ΕΦΑΝΩ
ΠΑΤΡΙΚ
11
ΘΕΟΤΟ
ΕΟΔ
ΩΕΠΙΤΟ
ΝΔΕΗCΕ
ΩΝΑ

Digitized by Google

animadvertit Baronius ad annos Leonis Iſaurici, utque videre eſt ex tot hiſce plumbis. In parte autem poſtica ΝΙΚΟΛΑΩ ΑΡΧΙΕΠΙCΚΟΠΩ CΩΝCΤΑΝΤΙΝΟΠΟΛΕΟC ΝΕΑ ΡΩΜΗC, *Archiepiſcopo Conſtantinopolis novæ Romæ*; quod quidem nomen proprium erat illius urbis. Inter ejus Archiepiſcopos quinque fuerunt, qui Nicolai nomine vocati ſunt; primus IX. cadente ſæculo, ac X. ineunte; ſecundus circa finem X.; tertius ſub finem XI.; quartus circa medium XII.; quintus denique labente ſæc. XIII. Conſulantur Bollandiſtæ in 1. tomo menſis Auguſti.

II.

Caput hominis apertum. Ex alia vero parte inſcriptio conſumpta ΚΕΤ ΩC.

III.

Vir equo inſidens, & Chriſti monogramma. Ex adverſo autem IVPIC AM & iterum monogramma.

IV.

Monogramma, & ex alia parte IANXO.

V.

Hanc inſcriptionem partim Græcis, partim Latinis litteris exaratam equidem ſic legerem: ΤΗΕΟΤΟCΕ ΤΟCΤΕ ΒΟΤΜΙΗΙ. *Deipara, & Filius opitulamini mihi*. Quod ſi quis velit potius ſine verbo legere ΤΟCΤΕCΟΥ, *Filius tuus*, idem erit ſenſus. In nummo Imperatoris Romani Diogenis invenitur ΘΕΟΤΟC ΡΩΜΑΝΩ DESP, ubi pariter ſubintelligitur verbum; & nomen Deſpotæ, ſive Domini, Latinis litteris ſcriptum adparet. Frequens autem eſt hujuſmodi precandi formula ſicut in hiſce plumbis, ita & in nonnullorum Græciæ Imperatorum monumentis, & præſertim Romani, qui ſæc. XI. Imperium rexit. In alia plumbi parte male ſcriptum eſt, ut cuique patet. Equidem legerem CIIRGI JESUS CHRISTUS, ET MATYRA TUA. Littera Y reperitur in nummis Bizantinis, & pro U, & pro I accipitur. In antiquis etiam lapidibus reperiuntur duo II. ad exprimendam E tum longam, tum brevem. En exemplum deſumptum ex verſu cujuſdam Inſcriptionis, quæ habetur in Muſeo Kirkeriano.

TII LAPIS OBTIISTOR LIIVITIIR SUPIIR OSSA RIISIDAS. Hinc legerem SERGI, quamvis ſcriptum videatur CIIRGI, & MATERA, quamvis ibi ſcriptum ſit MA-

MATYRA . In hoc autem nomine caſus accuſandi Græcorum more deſinens pro recto concedi poteſt Græco illi Scriptori, qui volebat Latinum agere, ut & C Græcum pro S Latino in Sergii Cruce. Quod ſi CH ſumere quis velit non pro Græco nomine, ſed pro nota, quæ ſignificet CHRISTI, idem nihilominus erit ſenſus. Ex duobus quidem monogrammatis nota dignum eſt primum, eo quod præter communem uſum in nomine Jeſu IHΣS hoc pacto inſeratur.

VI.

Hermæ duo Græcorum Imperatorum, & inſcriptio DD NN AUG. Ex adverſo autem Victoria cum duabus coronis. In area R. M. Aliud plumbum huic non abſimile relatum eſt ſupra.

VII.

Verbum , quod præponitur PETRO, crederem legi poſſe MARIA. Nota autem compendiaria $\overline{XC}$ non dubito, quin dicat CHRISTUS. Eodem modo ſcriptum reperitur in nonnullis etiam nummis Imperatorum Orientis.

VIII.

ΘΕΟΤΟΚΕ ΒΟΗΘΙ. *Deipara auxiliare.* In parte autem poſtica ΘΩΜ CΚΡΙΒΩΝΙ, *Thomæ Scriboni*. Primo ortum eſt mihi dubium, an poſtremum hoc verbum ſumendum eſſet pro cognomine; verum cum nullum alibi appareat in hiſce plumbis, ſuſpicatus ſum, fuiſſe potius officii titulum. Et revera *Scribones*, apud Ducangium erant in aula præſtantiores inter milites Prætorianos, qui mittebantur a Principe, ut legati, ad ejus præcepta in provincias perferenda.

IX.

ΘΕΟΤΟΚΕ ΒΟΗΘΙ, *Deipara auxiliare*. Ex alia vero parte ΤΩΔΟΥΛΩCΟΥ CΕΡΓΙΩ, *Servo tuo Sergio*.


X.

Nota compendiaria ΚΕΒΟΗΘΕΙΤΩ ΔΟΥΛΩ CΟΥ, *Domine auxiliare ſervo tuo*. Ex adverſo autem CΤΕΦΑΝΩ ΠΑΤΡΙΚΙΩS ΔΟΥΚΙ. *Stephano Patricio, & Duci*. De Patriciorum nomine, ac dignitate dictum eſt alibi, ut & de littera S, quæ æquivalet particulæ &. Duces vero ii dicebantur, qui mille militibus præerant. Quoniam vero in urbes, aut Provincias iidem quandoque mittebantur, ut illis præſidio eſſent, in iiſque morarentur, diceban-

tur

Digitized by Google

XVIII



Digitized by Google

tur etiam earumdem Duces. Qua de re videatur Ducangius.

XI.

Inſcriptio ſub finem non bene expreſſa legi forte poſſet ΘΕΟΤΟΚΕ ΒΟΗΘΗCΩΝ ΤΩ ΔΟΤΛΩ *Deipara opitulare ſervo*. In parte vero poſtica ΘΕΟΔΩΡΩ ΕΠΙ ΤΟΝ ΔΕΗCΕΩΝ *Theodoro a libellis ſupplicibus*. Erat igitur Theodorus hic a ſupplicibus libellis, cum hoc ſignificet Græca plumbi phraſis. Videſis Gloſſarium.

C A P U T XVIII.

I.

ΘΕΟΤΟΚΕ CΤΝ ΤΟ ΤΙΟ COΤ ΒΟΗΘΗ: Ita plane ſcriptum eſt; ſcilicet: *Deipara cum filio tuo auxiliare*. Ex adverſo autem ΜΑΡΙΝΩ ΒΑCΙΛΙΚΩ, *Marino Baſilico*. Litterarum vero reliquias, quæ ibi apparent, puto ſane legi poſſe CΩΔΟΤΛΩ *Servo tuo*. Vocem illam ΒΑCΙΛΙΚΩ munus potius, quam cognomen indicare cenſeo; quod ſi verum ſit, *Baſilici* dicebantur Miniſtri quidam regii, ut vox ipſa oſtendit, qui nuncios Principi deferebant.

II.

IOH. ET DECIBILIS, & nota compendiaria, quam quidem non intelligo, hiſce nominibus ſubpoſita. Ex alia parte SANCTUS ERASMUS. Sigillum hoc facile fuit alicujus Capituli, ſeu Monaſterii.

III.

ΘΕΟΔΩΡΟΤ ΠΑΤΡΙΚΙΟΤ, *Theodori Patricii*. In poſtica vero parte nota compendiaria, quam legerem $I\frac{H}{P}S$ *Jeſus Chriſtus*. Theodorus quidam fuit Exarcha.

IV.

Nota compendiaria de more ΚΒΟΗΘ ΤΩ ΔΟΤΛΩ COΤ *Domine opitulare ſervo tuo*. Ex adverſo autem nota alia, quæ legi poſſe videtur ΘΕΟC *Deus*.

V.

THEODORI. In averſa parte NOTARII.

VI.

THOMA. In parte autem poſtica compendiaria nota duorum K contra poſitorum, incluſorumque in H, ad cujus dexteram adeſt I. Equidem legerem *Dominus Jeſus*, ſive *Domine Jeſu*. Sed hoc divinando potius dictum ſit.

VII.

Nota compendiaria. Ex alia vero parte THEODOSII.

CAPUT XIX.

I.

NOtæ duæ compendiariæ, & quidem parvæ, quarum altera unum latus, altera aliud occupat.

II.

Figuræ duæ longa veſte indutæ, quarum altera mulierem, altera vero virum quemdam repræſentare videtur. Ex adverſo autem cælatura inſtar crucis, litteræ X haud abſimilis, in globo medio.

III.

Plumbum quadratæ figuræ cum litteris AV. In averſa parte miles læva haſtæ, dextera clypeo incumbens. Si quidem hujuſce plumbi ſimilitudo etiam in forma litterarum cum alio Neronis num. V, ſuaderet, illud fuiſſe ejuſdem temporis, ſive non admodum diſtantis, AV. explicari poſſet AULUS VITELLIUS, qui Nerone imperante fuit Africæ Proconſul, & operibus publicis Præfectus, ſub Glaba vero Germaniæ Inferioris Gubernator, ubi Imperator ſalutatus fuit; verum cum hæ ſint meræ conjecturæ, eas volens libenſque prætermitto.


IV.

DNC PR. Forte *Domini noſtri Cæſaris*, ſive *D. noſtri Conſtantini Prætor, aut Præfectus.*

V.

NERO AVG. In parte autem poſtica effigies nuda, quæ, ut videtur, læva pileum tenet. Hujuſmodi plumbum hic tandem delineatum exhibeo, quia ſero illud accepi. An vero hoc, ſicut & illud, quod ſupra relatum eſt num. III. vere ſint Sigilla, ſane adfirmare neſciverim. Verum tametſi talia eſſent, quidnam colligi poſſit ex milite illo, & ex hac nuda effigie, plane non video. Numquid Di-

XIX



BIBLIOTECA ... ROMA

Diploma illud eſt ad rem militarem pertinens ſive ad aliquam manumiſſionem, cum ſit pileum ſymbolum libertatis? Fieri quidem poteſt, ſed adfirmare non auſim. Figuræ, & ut ita dicam, emblemata, quæ in annulis, & Sigillis imprimebantur, arbitraria omnino fuere; neque in hac collectione mea Sigillum aliquod videre eſt, ex cujus imagine, quale nam Diploma ſit conjici poſſit.

VI.

DDDNC PP. En aliud plumbum oblongum ſimile alteri, quod num. IV. retulimus. Forte *Domini noſtri Cæſares Perpetui* ſiglæ legendæ ſunt, quamquam non mihi omnino arridet hæc interpretatio, uti nec illa num. IV.

VII.

ΦΥΛΑΚΤΟΥ, ex alia autem parte ΕϹΤΙΑΡΙΟΥ *Philacti Eſtiarii*. Nuſquam in Gloſſariis vocem hanc reperire potui, bene vero ΒΕϹΤΙΑΡΙΟϹ *Veſtiarius*. Quod ſi talis fuit Philactus hic, puto equidem, eum illo munere functum eſſe, quod vulgo dicitur *Guardaroba maggiore*. Itaque Veſtiarii dicebantur illi, qui in aula Bizantina curam gerebant veſtium, & rerum pretioſiſſimarum Imperatoris. Fuere etiam Veſtiarii in Eccleſiaſtica Hierarchia, de quibus videatur Ducangius. Si vero hujuſmodi interpretatio vi detorta videatur, alia etiam deduci poteſt a voce ΕϹΤΙΑ, *focus*, *domus*, *Veſta*, atque adeo ad aliquam ex hiſce rebus Philacti adminiſtratio reduci.

VIII.

Imago Fortunæ cum cornucopia, & gubernaculo.

IX.

BENZOCIBENTI. Ex adverſo autem RX. Aliud quoque plumbum retuli huic non abſimile, cumque iiſdem litteris in parte poſtica, Tab. XII. num. 9. quibus utrum ſit tribuenda interpretatio Regendarii, ſive Regionarii, an alia quævis, me quidem latet.

X.

FIS.... F; nomen injuria temporis conſumptum.

CAPUT XX.

I.

SANCTUS PETRUS cum ejus imagine. Inde vero SIGILLUM CUMUNIS ANTIOCHIÆ. In area exhibentur mœnia urbis e proſpectu, & S. Petrus inſtar prædicantis e navicula, in quam etiam excipit populum, qui ad illum convenerat, ut oſtenderetur, opinor, Religionem huc denuo illatam fuiſſe a Latinis Cruce ſignatis, poſtquam Barbaris urbem illam eripuerant. Capta fuit Antiochia an. 1097. quo tempore illam tenuit Boëmundus Normannus Tarenti Princeps, ejuſque poſteri uſque ad annum 1269. quo ab eis amiſſa eſt. Hujuſce temporis eſt Sigillum hoc Communis Antiochiæ.

II.

FOCII. Ex adverſo PATRICII. Inventum eſt hoc plumbum cum alio S. Pontificis Deusdedit an. 1727. in monte Cœlio, ut alio loco adnotatum eſt.

III.

ΘΕΤΟΚΒΟΗΘΗ. Ex adverſo ΚΩΝCΤΑΝΤΙΝΤ, *Deipara adjuva Conſtantinum*.

IV.

Imago B. Virginis cum puero Jeſu. Ex adverſo autem monogramma RTX.

V.


Plumbum quidem minus eſt, quam quod apparet in hac delineatione, & litteræ etiam, quæ circumſcriptæ ſunt, adeo minores, ut vix intelligi poſſint. Mihi tantum videtur legi poſſe.... ONC; quare ſuſpicor græcas litteras eſſe. Utcumque autem res ſe habeat, ex hoc litterarum indicio facile adducor, ut conjiciam, plumbum hoc uni ex tribus Conſtantini Magni filiis tribuendum eſſe, ſive mavis ipſi etiam Conſtantino. Facies quidem in parte poſtica videtur mulieris; quæ ſi ſit ejuſmodi, quandoquidem id non adfirmo, aliquam ſane eorum Auguſtorum conjugem repræſentabit. Aliquod nobis lumen dare poſſent litteræ, quæ hic quoque adſunt, ſed legi nullatenus poſſunt.

VI.

Victoria palmam, & coronas manibus tenens.

VII.

XX



SANCTVS PETRVS
S. CVMVNIS ANTIOCHIE
POC II
PAT RICII
K ωNCT ANTI NY
ΘE TOK BOH ΘH
RT
CONS
ΛEONT EΠICKOΠ YTAVP NI
MA RINI
1
2
3
4
5
6
7
8
9

Digitized by Google

ROMA

Digitized by Google

XXI.



Digitized by Google

VII.

Nota ſolita compendiaria, ſed corrupta, ΙΗCΟΤ ΒΟΗΘΙ ΤΟΤ ΔΟΤΛΟΤ CΟΤ. Ex adverſo ΛΕΟΝΤΙΟΤ ΕΠΙCΚΟΠΟΤ ΤΑVΡ . . . ΝΙ. *Jeſu adjuva ſervum tuum Leontium Epiſcopum Tauromenitanum*. Netinus quidem, ſive Rocchus Pirrhus nihil loquitur de hoc Epiſcopo in Sicilia Sacra. Hoc tamen plumbum refert Vir Cl. Johannes de Johanne Majoris Eccleſiæ Panormitanæ Canonicus in hiſtoria Tauromınæ ejus patriæ. Ejus autem delineationem ad me miſit Dux S. Stephani, qui præcipua me proſequitur benevolentia.

VIII.

Capita Apoſtolorum Petri & Pauli, & Crux inter illos media. Ex adverſo autem MARINI. Hoc autem plumbum, poſtquam illud delineari curavi, amiſſum eſt.

IX.

Siglæ ΘΗΟΔS. Forte *Theodoſius*. Ex adverſo avis criſtata ariſtam roſtro vellicans, & ſupra illam Crux.

C A P U T XXI.

I.

PLumbis Pontificiis, quæ deinceps exhibiturus ſum, nonnullas præmittam animadverſiones, quarum Auctor eſt eruditus P. Baldinus in Notis ad tomum Anaſtaſii quartum. Ante ſæculum XI. in plumbis Pontificiis notam numericam non reperiri ſolitam. Ex eo autem, quod colligi poteſt ex plumbis hactenus inventis, Leo IX. omnium primus illam poſuit ann. 1042. Facile idcirco non eſt, ſimulac repertum ſit plumbum, uni potius quam alteri ejuſdem nominis Pontifici illud tribuere, ſi ſæculum illud præcedat. Quare concludit laudatus Auctor: *Sine tuto fundamento a Dominico Rainaldi, quod factum etiam eſt a Dominico Palatio de geſtis Pontificum, Bullas ſignatas nomine Leonis, Gregorii, Sergii, Silveſtri, adſcribi Papis hujus nominis primis, cum Papæ cognomines pari jure poſſint habere Sigilla omnia, quæ eorumdem nominibus ſunt ſignata*. Verum tamen eſt, ex recta characteris forma, & ex plumbi figura aliquod erui poſſe indicium temporis ſæculo XI. anterioris. Atque adeo laudatus Auctor cenſet, plumbum in tomo Anaſtaſii quarto rela-

relatum nomine Honorii inſignitum abſque ulla numeri nota, ad Honorium I. pertinere. Ipſe quoque ob eam rem facile ſuſpicor, plumbum Gregorii num. I. Tabulæ III. relatum, Pontifici hujuſce nominis Primo potius, quam alteri tribuendum eſſe, quum mihi videar in eo reperire neſcio quam ſimilitudinem cum litteris plumbi Deuſdedit, & Honorii, qui omnes ſub finem ſæculi VI. & ſub initium VII. floruerunt. Videtur pariter, plumbum Sergii, quod eſt Tab. IV. num. 2., non obſtantibus litteris non bene omnino formatis, & E ad inſtar lunæ, ut reperitur etiam apud Ciacconium in plumbo Conſtantini I. circa an. 707. ob ipſius exiguitatem pertinere ad Sergium I. qui vixit circa an. 687. potius quam ad Sergium II. qui floruit circa medium ſæculum IX. quum poſterioribus temporibus majores eſſe ſolerent Sigillorum areæ, ut videre eſt in plumbo Zachariæ circa medium VIII. & Paſchalis ſub initium IX. ſæculi, & in aliis nonnullis hujuſce Collectionis, quæ quamquam incerti temporis ſint, credi tamen poſſunt ætatis ſæculo X. proximioris. Hujuſmodi quidem conjectura uti quis poſſet ad inveſtigandum, utrum plumbum Leonis num. I. hujus Tabulæ relatum pertineat ad Leonem Pontificem hujuſce nominis II. qui floruit ſub finem VII. ſæculi, ſive ad Leonem III. qui fuit circa octavi ſæc. initium, & ſic de ſingulis plumbis hoc loco relatis. Verumtamen litterarum forma ad tempora inveſtiganda indicium eſt nimis fallax, utpote quæ non magis ab uſu pendet, quam ab artificibus, quorum alii præſtantes, alii imperiti quovis tempore fuerunt: ob eamque rem videmus aliquando in Lapidibus peſſimum characterem temporibus optimis, & optimum peſſimis temporibus. Nec reponi poteſt, quod ad Sigilla, ideſt rem maximi momenti, conficienda, adhibiti ſint optimi eorum temporum artifices. Nam quis umquam animum induxiſſet ſuum, incidi potuiſſe LEONII loco LEONIS, & BENEDICTUS loco BENEDICTI? Et tamen in hujuſce Collectionis plumba, quæ non innumera ſunt, nec litterarum multitudine referta, menda illa irrepſerunt, quæ reipſa ſummam artificis peritiam minime indicant. Quamobrem brevi etiam annorum ſpatio, quamvis non fuerit mutata forma characterum, potuit artifex illam mutare in aliquo Sigillo, ita ut ad anteriora tempora referendum eſſe videretur, ſi peritus; ad po-

poſteriora vero, ſi minus peritus artifex eſſet. Nihil ergo incertitudinem, qua laboramus, in adſignando Sigillorum quorumcumque tempore, minuit litterarum forma: nec ſane plus lucis nobis adfert parva eorumdem moles. Antiquiſſimum certe omnium Sigillorum, quæ in hac Collectione mea, & forte in aliis etiam ejuſdem generis exhibentur, illud eſt, quod inſignitur nomine Deusdedit; & tamen longe majus eſt illis, quæ præferunt nomina Honorii, & Vitaliani, qui poſterius Pontificia aucti ſunt dignitate. Præterea animadverti, ſignum plumbi Honorii I., quod hic a me exhibetur, idem non eſſe cum illo, quod refertur in opere Anaſtaſii, cum diverſa in iis ſit diviſio litterarum, quibus nomen inſcribitur; nec pariter illud Paſchalis I. apud Ciacconium quum hoc meo convenire. Quis itaque nobis adfirmet, quod, ſi immutabantur ſigna unius ejuſdemque Pontificis, non immutata ſit etiam magnitudo areæ Sigilli, quæ nunc major, nunc minor exſtiterit, ut factum eſſe videtur in duobus primis hujuſce primæ Tabulæ plumbis, quæ ob litterarum ſimilitudinem ad eumdem Pontificem videntur pertinere; idque etiam factum ſit in meliori, pejorive litterarum forma; adeo ut duo Sigilla tribuenda videantur duobus ejuſdem nominis Pontificibus, quum tamen ad unum tantum pertinuerint. Hiſce omnibus factum eſt, ut ego primæ regulæ inhæream, quæ tutior ſane mihi viſa eſt, in tempore adſignando, quaque uſus ſum in quatuor tantum ex hiſce plumbis, quum in Pontificibus Honorii, & Paſchalis nomine appellatis poſt ſæculum X. tantum invenerim apud Ciacconium notam numericam II. aliorum vero tantum ectypum dedam, de illis judicium lectori interim relinquens.

TABULA XXI.

I.

LEONIS. Ex adverſo PAPAE

II.

LEONIS PAPAE

III.

LEONIS PAPAE

IV.

THEODORI PAPAE

Duo

Duo quidem fuere Pontifices hoc nuncupati nomine; quorum alter ab an. 642. ad 649. Pontificatum geſſit, alter vero viginti tantum dies in eadem dignitate vixit ann. I. ſæculi X. Hoc autem Sigillum ad Theodorum I. pertinet.

V.

JOHANNIS. Ex adverſo PAPAE

Mabillonius ſane *de re Diplomatica* refert Bullam quamdam Johannis Papæ V. qui ſub finem ſæculi VII. fuit, in qua plumbum erat huic non abſimile, quamquam illius ſignum ſit ab hoc diverſum, cui nomen circumſcriptum. Si meum hoc ad illius exemplum cuſum eſſet, credi forte poſſet ad hunc pariter Pontificem pertinuiſſe.

C A P U T XXII.

I.

JOHANNIS. Ex adverſo PAPAE

II.

JOHANNIS. Ex adverſo PAPAE

III.

BENEDICTUS in nota compendiaria male expreſſa. Ex adverſo PAPAE.

IV.

BENEDICTI PAPÆ. Videatur apud Mabillonium Bulla Benedicti Papæ III. qui vixit paullo poſt medium IX. ſæculum, in eaque plumbum nomine pariter circumſcripto, ſed cum diverſo ſigno; cujus plumbi typo hoc etiam obſignatum eſt, ideoque probabili quidem ratione ejuſdem temporis.

C A P U T XXIII.

I.

GREGORII. Ex adverſo PAPAE


II.

GREGORII PAPAE

III.


DEUSDEDIT PAPAE. Bonus Paſtor cum duabus ovi-


XXII.



IOHANNI
PAPAE
1
IOHANNIS
PAPAE
2
B TUS
PAPAE
3
BENEDICTI
PAPAE
4

XXIII.


GRE
GoRII
1
PA
PAE
GRE
GORII
2
P A
PAE
5
GREII
PAPE
SC I
PTR
A ω
3
DEVS
DEDIT
PAPAE
HONO
RII
4
PA
PAE


XXIV.
VITA LIANI
PA PAE
1
SER ÇII
PA PAE
2
SER ΓII
PA PAE
3
ΓRE ÇORII
PA PAE
4
LEO NII
PA PAE
5

ovibus, Symbolum Fidelium, & cum A. Ω. ad ſignificandum, ut dicitur in Sepulcro inluſtrato S. Clementis, *Chriſtum eſſe rerum omnium principium, & finem*. V. Animadverſ. ad Romæ Subterr. T. I. pag. 55. Hic Pontifex vixit circa ann. 614. Hoc rarum ſigillum refert in Præfatione ad Inſcriptiones Donianas V. C. Antonius Franciſcus Gorius, pluribus editis operibus celebris. Quamvis autem, ut ipſe ait, tunc temporis illud eſſet apud eruditum Philippum Stoſcium; quum hic noverit, me alia hujuſmodi antiqua Pontificum ſigilla poſſidere, mihi illud dono dedit: additque in epiſtola, quam una cum dono ad me miſit, plumbum Pontificis Deuſdedit inventum eſſe an. 1727. ſe præſtante, ab operariis Villæ Caſalis in monte Cœlio, una cum alio, in cujus altera parte ſcriptum legitur FOCII, in altera vero PATRICII. Ibi etiam inventi ſunt multi lateres obſignati nomine Theodorici Gothorum Regis. Quod ſane idcirco animadvertendum duxi, quia dum apud laudatam Villam, ejuſque proximos hortos alias foderetur terra, plumba alia diplomatica ipſemet emi.

IV.

HONORII PAPAE. Primus hujuſce nominis Pontifex an. 621. creatus eſt. Ejuſdem Pontificis plumbum videre eſt apud Anaſtaſium Tom. IV. ſed cum diverſo ſigno. Aliud quoque refertur a Ciacconio, ſed cum hac numerica nota II. Poſterior autem hic Pontifex vixit ſæculo XII.

V.

GREII PAPAE. SCI PTI. *Gregorii Papæ. Sancti Petri.* Hoc tamen haud revera eſt plumbum, ſed lamina quædam metallica quadratæ figuræ, quam, quum mihi ea nuper ad manus venerit, in hac tabula exhibere operæ pretium eſſe duxi, ut quæ mihi viſa eſt ſingularis raritatis. Cui autem uſui inſerviret, judicium eſto apud peritum Lectorem.

C A P U T XXIV.

I.

VITALIANI PAPAE. Fuit hic ex urbe Signenſi an. Domini 655.

II.

SERGII PAPAE. Plumbum quoque refert Ciacconius cum *unico* E lunato ſub Sancto Sergio I. an. 687. neutrum tamen adfirmarem, ad hunc Pontificem pertinere. Aliud etiam impreſſum videtur in Bulla quadam ejuſdem Pontificis apud eruditiſſimum Mabillonium *de re Diplomatica pag.* 437. nomen habens circumſcriptum: qui tamen non adfirmat, illud eſſe exemplum plumbi a Bulla dependentis.

III.

SERΓII PAPAE; adhibito Γ pro G. Ad Pontificem ſuperius laudatum videtur referre Ciacconius plumbum cum Cruce, cui præfigitur S, & in ejus averſa parte legitur ΒΟΗΘΙ. CΕΡΓΙΟΥ. In Appendice etiam *de re Diplomatica* aliud refertur cum capitibus Apoſtolorum Petri, & Pauli ex una, & cum nomine ΠΑΥΛΟΥ ex altera parte, illudque Paulo I. tribuitur. Sed cum nullum forte ſit certum exemplum, quo oſtendatur, Pontificem aliquem ſuum nomen in Bullis Græce ſcripſiſſe; cumque in tot Pontificum plumbis adjunctus nomini ſemper inveniatur titulus Papæ; jure quidem in dubium revocari poſſe videtur, an Pontificia revera cenſendi illa ſint, quæ eo titulo carent; ſi tamen hujuſmodi dubitandi rationem aliqua circumſtantia, ſive alia majoris ponderis ratio non tollat.

IV.

ΓREGORII PAPAE. Hic quoque videre eſt Græcum illud elementum pro Latino adhibitum.

V.


LEONII PAPAE, loco *Leonis*.

CAPUT XXV.

I.

ZACHARIAE PAPAE. Fuit hic natione Græcus; ſeditque anno 742. ætate Conſtantini Copronimi Orientis Imperatoris. Refert Ciacconius in ejuſdem Pontificis vita plumbum huic quidem non abſimile, ſed cum diverſo ſigno.

II.



Digitized by Google

II.

STEPHANI PAPAE. Aliud plumbum exhibet laudatus Ciacconius ad an. 752. cuſum ſub S. Stephano Pontifice: & aliud etiam ſedente Stephano VII. Quamvis autem huic ſimilia ſint ambo, & cum E lunato; illa tamen, ſicut & hoc, ſignum habent diverſum. Quare equidem cenſeo, tuto adfirmari non poſſe, cuinam ex pluribus hujuſce nominis Pontificibus, qui ante ſæculum X. ſederunt, unumquodque illorum ſit tribuendum.

III.

PASCHALIS PAPAE. Primus hujus nominis Papa vixit circa ann. 817. Refert Ciacconius aliud plumbum Paſchalis I. ſed huic haud eſt ſimile. Quod autem exhibetur a Mabillonio *de re Diplomatica* notam habet numericam II. Poſterior hic Pontifex vixit exeunte ſeculo XI.

IV.

BULLA MAGISTRI ET CONVENTUS HOSPITALIS HIERUSALEM. Hoc autem ſigillum, ut cuique patet, non quidem ad Pontifices pertinet, ſed ad ſacrum Ordinem Equitum Jeroſolymitanorum, nunc Melitenſium, quem ſane Ordinem ſub finem XI. ſæculi quidam Gerardus inſtituit Hieroſolymis, quam urbem indicari puto elemento illo initiali H. ad pedes Crucis, quæ quidem Patriarchalis eſt, quia talis erat illius urbis Eccleſia. In nonnullis Sigillis hoc antiquioribus, quæ refert P. de Paulis in Diplomatibus Melitenſibus, apparet tantum illorum Princeps genibus flexis ante Crucem huic non abſimilem; verum quod ad Conventuale Sigillum adtinet, jubent Religionis illius Conſtitutiones, quas Italice vertit Boſius, ut typi duo ferrei efformentur, in quibus exſcalptæ ſint imagines Equitum Principis, ſimul & Bajulivorum, iique adhibeantur pro Bulla Conventuali.

Digitized by Google

PARS SECUNDA

DE PARVIS NUMMIS PLUMBEIS.

QUum ſub initio hujus Operis a me dictum ſit, nummum quemdam plumbeum cum Herculis imagine a P. Molineto referri ; de eo hic mihi lubet addere, quid ille ſentiat. Nemo forte, inquit ille, ſibi umquam ſuaſiſſet, fuiſſe olim nummos plumbeos, eorumque uſum quandoque etiam invaluiſſe apud Romanos, ſive occaſione alicujus gravis neceſſitatis, ſive ad cibaria minutatim emenda. De iis, proſequitur ille, loquitur Martialis epigr. 74. libr. X. ſcribens de Auriga quodam, qui horæ unius ſpatio quindecim auri ſaccos lucrifecerat, quod in circo victor extitiſſet, quum ipſemet poſt laborem unius ſolidi diei vix centum nummos plumbeos ſolitus eſſet acquirere. Poſtea vero epigramma illud ſic refert :

Jam parce laſſo Roma gratulatori,
Laſſo clienti : quandiu ſalutatori
Anteambulones, & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto ?
Cum Scorpus una quindecim graves hora
Ferventis auri victor auferat ſaccos ?

Si hujuſmodi ratiocinium valeret, cum reperiantur plumba antiquitus ſignata inſtar nummorum, dicendum eſſet, aliqua occaſione adhibita illa fuiſſe pro nummis ; quod quidem non negaverim. Sed ſi hoc argumentis adhuc indigeat, neſcio equidem, an ſatis ſit laudatum Martialis locum adducere, ut res tam dubia pro certa demum haberi poſſit. Quid ſibi voluerit Martialis verbis illis *centum plumbeos*, ipſe explicat epigramm. 7. libr. 3. ubi ait:

Centum miſelli jam valete quadrantes
Ante ambulonis congiarium laſſi.

Centum igitur plumbea nihil aliud ſunt, quam centum quadrantes, ideſt nummi, quorum ſinguli quartam aſſis partem valebant : uno verbo ſunt viginti quinque aſſes, qui vel in ære, vel in re, quæ tanti valeret, a Patronis dabantur

tur clientibus nomine ſportulæ, dum nondum cœnæ rectæ uſus invaluerat. Quis itaque animum umquam inducat ſuum ex hoc tantum Martialis teſtimonio, quadrantes illos nummos fuiſſe revera plumbeos, ſive hos adhibitos fuiſſe in minutis ſumptibus, ut Molinetus ait, qui tamen nullum aliud ex antiquis Scriptoribus laudat, ex quo id tuto colligi poſſit? Quum enim de ſportulis ſermonem inſtituere ii non omiſerint, eo magis de nummis, quorum uſus tunc invaluerat, loqui non omiſiſſent, ac ſimul metalla diſtinguere, ex quibus efformabantur. Nec videtur, ullo pacto illos fugere potuiſſe nummorum genus tam frequens, atque commune, quale neceſſario eſſe illud debebat, quo utebantur clientes, plebs, ſervi, ceterique id genus homines, qui, quum plerumque egeſtate laborent, res minutatim emunt. Præterea quis non videat, plumbeorum nummorum uſum male admodum convenire cum Romanorum majeſtate, qui omnium excultiſſimi, ac magnificentiſſimi erant, quique gloriam ſemper in omnibus ſolebant exquirere præ ceteris populis, qui tamen hujuſmodi nummis non utebantur, niſi forte aliquibus ex remotioribus, ac rudioribus id uſuvenerit? Quod ſi lubeat cauſas animadvertere, ob quas hujuſmodi nummorum uſus eſſet admittendus, duæ præſertim eſſe illæ poſſunt, plebis videlicet commodum, atque ærarii neceſſitas. Verum ſatis commodo proviſum erat commutatione aſſis in monetam minorem, ut moris eſt etiam apud noſtræ ætatis nationes; quum potiſſimum æs non minus ac plumbum, dividi poſſit in parvos nummos, qui tamen diuturniores ſint; quod quidem nemo ibit inficias. Libens autem prætereo incommoda, quæ pauperibus accidiſſent, ex eo quod hujuſmodi nummorum genus non ſemper foret adhibitum; illis enim vel perpetuo inutiles ii remanſiſſent, vel ſi commutare eos placuiſſet, nonniſi gravi eorum damno id fieri potuiſſet. Hujuſce tamen collectionis meæ nummi bene multi ad tempora diverſiſſima referuntur; quapropter vero ſimile eſt vel ſemper, vel numquam eorum uſum obtinuiſſe.

Alia nunc ſupereſt cauſſa, hoc eſt ærarii neceſſitas. Duobus præſertim temporibus pecunia indiguit Romana Reſpublica: initio videlicet primi belli Punici, cum aſſis ex duodecim unciis ad duas tantum redactus eſt: *Bello Pu-*

Punico conſtitutum eſt, ut aſſes ſextantario pondere ferirentur: & ſecundi belli progreſſu, quo tempore *Annibale urgente*, *Q. Fabio Maximo Dictatore*, *aſſes unciales facti*. En autem aſſis ad unciam redactus, idemque, ac antea, pretium omnino retinens. Neque vero diminutionis ponderis hic finis factus; nam circa tertii belli Punici tempus, vel non multo poſt, lege Papiria ad ſemiunciam quoque redactus eſt aſſis. Profecto ſi ullo umquam tempore cauſa fuit Romanis utendi plumbo pro nummis cuſo, tunc ſane videtur fuiſſe juſtiſſima: & tamen ea de re nihil ait Plinius, qui de primis duobus temporibus loquitur, nec quivis alius Scriptor, quum de tertio ſermonem habet. Quod ſi tunc temporis id factum non eſt, vel ſaltem factum non probatur; multo minus factum videtur eo tempore, quo poëta vixit Martialis: tunc enim ærarii res adeo anguſtas fuiſſe non ſcimus. Quid vero ad Martialis auctoritatem? Nonne illa maximi ponderis cenſenda eſt, etiamſi alii Scriptores deſint? Hoc equidem haud negaverim, ſi laudato epigrammate proprie is loqueretur, non metaphorice, ut ex contextu colligi poteſt. Confert Poëta labores ſuos, cum laboribus Scorpi, & quindecim auri ſacculos ab auriga illo mercedis loco relatos cum centum quadrantibus ſportulæ loco ſibi datis. Hinc quadrantes illos contemptim vocat nummos plumbeos, non quod revera eſſent ejuſmodi, ſed quod minimum eorum pretium eſſet, ratione habita ad novos, lucidoſque aureos nummos, quos Scorpus obtinuerat. Eoque pacto locum illum Martialis intelligunt explicantque ipſius interpretes.

Ratio itaque, qua moneta illa ceteroquin ænea vocatur plumbea, in minimo illius pretio ſita eſt; ſi modo ita etiam illam non vocaverit Poëta ob ſimilitudinem nummorum plumbeorum, qui tunc quidem erant, at nullius pretii. Quamquam hac ſane enarratione non indigemus, quum prima omnino ſufficiat. Eodem plane modo idem Martialis *vina plumbea* vocavit illa, quorum minimus erat ſpiritus, & nulla fere æſtimatio. Cicero etiam *pugionem plumbeum* nuncupavit ineptum, ac nullius roboris argumentum. Neque vero lumen ullum nobis addit Martialis, cum Calenum divitem non minus, ac avarum vituperat illis verſibus;

Abiſti

Digitized by Google

. . . . Abiſti
In tantam miſer eſuritionem ;
Ut convivia ſumptuoſiora ,
Toto quæ ſemel apparas in anno ,
Nigræ ſordibus explices monetæ ;
Et ſeptem veteres tui ſodales
Conſtemus tibi plumbea ſelibra .

Quamquam Plinius de fodinis loquens adfirmet, quamdam inveniri fodinam, ex qua nigrum plumbum eruatur: numquam tamen adducar, ut credam, verba illa *nigræ ſordibus monetæ, & plumbea ſelibra* aliter intelligenda eſſe, ac apud nos intelligitur, cum vulgo dicitur *quattrinacci*, & *moneta bianca*, ad ſignificandos prima illa voce nummos æneos, altera vero argenteos. Quare dicendum eſſe reputo, Martialem Caleno exprobraſſe ſuam tenacitatem, quæ adeo creverat, ut ipſos amicos male cœnatos dimitteret. Verum haud grave ſit lectori, a me hic referri Raderi verba in locum citatum: *Quid plumbea ſelibra? Apud Nigritas, Lybies, & Taprobanos incolas plumbeum nummum percuſſum legimus, apud Romanos numquam. Quid ergo Poëta plumbea? Romani quum de viliſſima, minimaque pecunia loquerentur, proverbii loco uſurpabant plumbeum.*

Quibus ſane poſitis, non ſine difficultate adhærere quiverim Molineto, ac Pignorio, & Lipſio, utpote qui nummos plumbeos fuiſſe monetam credere videantur, quamvis nullum ejus rei adferant argumentum. Baudelotius tom. 2. operis Gallice a ſe conſcripti, cui titulus: *L'utilité des voïages*: cum laudatis Scriptoribus convenit; at hujuſmodi nummorum uſum diebus tantum Saturnalibus obtinuiſſe adfirmat, qui poſt medium Decembrem, ut nemo non novit, celebrati ſunt. Hic enim Auctor videtur ſibi inſpicere in pleriſque plumbis, quæ ipſe noverat, res quaſdam adludentes hiſce feſtis, eorumque inſtitutioni, ut porcum pro ſacrificio, avem, quam ipſe upupam cenſet, Serapidi, ideſt Saturno, dicatam, varios jocos, & ſcurrilitates, quibus libere in conventibus illis utebantur homines juxta, ac mulieres; & demum in parte poſtica epigraphen: IO. SATURNALIA. MA. quæ quidem omnia videri quoque poſſunt in plumbis hujuſce meæ collectionis. Notum eſt etiam, ſequitur ille,

ille, moris tunc fuiſſe apud ſervos ex ſuis aliquem regem ſibi deligere: ex quo forte factum eſt, ut facultate ſibi data a Magiſtratibus, hujuſmodi nummos cuderent, in quibus imprimebant vel ipſius regis nomen, vel ſuorum numinum, vel etiam patronum, ſive tandem diverſos ſuus ritus, qui toto dierum Saturnalium ſpatio peragebantur.

Profecto mihi videtur commentum hoc ingenio plenum; quantumque illi adhæreo in ea parte, qua oſtenditur, plures ex hiſce nummis ad Saturnalia pertinuiſſe, tantum velim, ut illud mihi adprobare liceret in eo, quod præterea adfirmat, fuiſſe revera hæc plumba nummos feſtis illis diebus adhibitos. Quum autem ex eo, quod illa ad Saturnalia pertinuerint, nummos fuiſſe haud probetur (alium enim præter hunc uſum habere poterant) hinc Auctor opinionem ſuam lege quadam confirmat, quam ſibi gaudet inveniſſe. Illa autem reperitur in Luciani Dialogo, cui titulus *Chronoſolon*, ſive *Saturnus Saturnalium legislator*; hiſque ipſis verbis ab Auctore citatur: *Au reſte, dit cette loix, on ne joüera point aux noix, mais aux dez; & celui, qui mettra a ce jeu de l'argent, ou de la monnoïe ordinaire, ſera condamné à jeuner juſq'au lendemain*. Quum vero vi hujus legis ſic expoſitæ prohiberentur omnes Saturnalium tempore uti in ludis moneta communi, hinc colligit laudatus Auctor, aliam quoque extra ordinem, hoc eſt plumbeam, in uſu fuiſſe, quæ revera etiamnum reperitur. Verum animadvertendum eſt, Lucianum ipſum in Dialogo antecedente ſacerdotem inducere, qui Saturnum adloquitur, eumque ſic interrogat: *Quin illud quoque mihi reſponde. Talis ludere in uſu fuit tui quoque ſæculi mortalibus?* Reſpondet Saturnus: *Erat ſane, non depoſitis talentis, ac decem nummum millibus, quemadmodum vos facitis: verum ut plurimum nucibus, ne diſcruciaretur, qui victus eſſet.* Ætate igitur Luciani, qui Saturnum ita reſpondentem inducit, talis ludebatur, ingenti pecuniæ ſumma depoſita, eaque communi; cum is profecto ſit ſenſus obvius, & naturalis verborum illorum: *depoſitis talentis*, & *decem nummum millibus*. Hinc ſequitur, quod uſque ad Trajani ætatem, quo imperante floruit Lucianus, nullam vim obtinere potuit hujuſmodi lex, utpote poſterior. Fateri

teri itaque oportet, vel hujuſmodi nummos plumbeos univerſos cuſos fuiſſe Trajani ætate, hoc eſt poſt illam legem, quod tamen adfirmari nullo modo poteſt, quum aliqui ſuperſint ex Auguſti, & Neronis tempore; vel ante illum Imperatorem eos alium uſum obtinuiſſe, quum illa ætate monetam communem eos fuiſſe haud probetur. At vero nihil opus eſt hujuſmodi ratiocinatione. Quid enim roboris, quid ponderis habere poteſt lex illa, quæ non a legitimo legiſlatore, ſed ſola Luciani imaginatione ſancita eſt? Non magis vera illa eſt, quam totus inter Saturnum, & Sacerdotem Dialogus, aliaque omnia facetiſſimi illius Auctoris commenta. Attamen illud etiam diſſimulari poſſet, ſi laudata lex apud Lucianum eſſet talis, qualis a Baudelotio refertur. Neque vero hoc dixerim vituperandi illius Auctoris cauſſa, ſed tantum, ut veritatem inquiram. En Luciani verba in Dialogo citato: ἐπὶ πᾶσι, πεπαιδέτωσαν ἐπὶ καρύων. ἢν τις ἐπ' ἀργυρίῳ πεττεύῃ, ἄσιτος ἐς τὴν ὑστεραίαν ἔστω. En verborum interpretationem, quam quiſque Græcæ linguæ vel leviter peritus intelligere poteſt: *Super omnia pro nucibus ludunto. Talis ſi quis depoſita pecunia luſerit, impoſterum uſque diem jejunato*. Non igitur prohibetur, ne nucibus ludat, ſi quis id velit, eo quod talis ludendum ſit; ſed prohibetur tantum, ne ludatur, niſi nucibus depoſitis: quod quidem colligi etiam poteſt ex Dialogo antecedenti, cui titulus *Saturnalia*. Cum enim Saturnus adfirmaſſet, ſua ætate homines ludo minime indulgere, niſi plerumque nucibus depoſitis, reſpondet Sacerdos: *Et recte illi quidem; nam quo tandem præmio certaſſent ipſi talis, cum ipſi toti eſſent aurei?* Talis igitur ludebatur; victoris præmium erant nuces. Neque ullo pacto prohibetur, ne moneta communi depoſita ludatur, perinde ac alia eſſet peculiaris illa ætate, ut inferre videtur Baudelotius, Luciano id nuſquam dicente; ſed tantum ne ludatur depoſitis nummis. Hujuſce itaque legis vi, quæ tendebat ad priſtinum morem iterum ſtabiliendum, ad ſummum nuces, non autem plumba, ſi ita loqui liceat, fuiſſent moneta illa, qua in Saturnalibus ad luſum uti fas erat.

Cujuſnam ergo erant uſus hi nummi plumbei? Id equidem ab aliis volens libenſque ediſcam, quum meum non ſit alios edocere. Iis non obſtantibus, quæ hactenus

 dicta

dicta ſunt, pro moneta adhibitos illos fuiſſe omnino non negaverim; at ſatis demonſtratum id mihi ſane non videtur; nec, quod ad eorum uſum attinet, aliquid certi invenio apud veteres Scriptores. Præterea cum primo obtutu adeo diverſa ſint inter ſe, quæ in illis expreſſa videntur, hinc facile non eſt conjicere, ad quem finem ordinati fuerint: quem tamen non inveriſimile mihi omnino videtur fere eumdem omnium fuiſſe. Quod enim ad collectionem hanc meam ſpectat (præter nummum illum, cui alium non abſimilem videre eſt apud Seguinum, in quo ſcalptum eſt caput Serapidis cum Græca voce in ejus parte averſa, ex cujus anſa facile colligitur, fuiſſe Amuletum) mihi videor in pleriſque aliis invenire præcipuam quamdam adluſionem ad ſpectacula in honorem Deorum ex. gr. Neptuni, Herculis, Palladis, aliorumque, in quorum honore celebrabantur feſta, & ſub quorum tutela erat Circus non ſecus ac ludi; ad Gladiatores, equos, feras in arenam educendas, coronas, ac palmas; ad ludorum eorumdem cauſas, nempe feſta pro novorum Cæſarum conſecrationibus, ceteriſque id genus; demum notæ compendiariæ eorumdem ludorum Præfectos, ſive Magiſtros ſignificare videntur. Hæc autem ſpectacula, quibus frequentiſſimus aderat Populus, non tantum in Circo, Amphitheatris, lociſque publicis repræſentabantur; verum, ut optime animadvertit Bulengerus *de Theatris*, in hortis etiam, aliiſque locis privatis. Hinc forte etiam fieri potuit, ut in Saturnalibus a Servorum Præfectis, eorumque variis collegiis repræſentarentur. Ut igitur meum ſenſum, ſed dubium, proferam, &, quoniam de plumbis agitur, ut illud pro moneta plumbea, hoc eſt nullius pretii impendam, quandoque ſuſpicatus ſum, an forte hujuſmodi nummi pro ſigno quodam, ſive teſſera in iiſdem ſpectaculis adhiberentur; quum præſertim ex Bulengero jam laudato colligatur, hoc pacto in Græcia adhibitos illos fuiſſe. Cum enim ſinguli duos obolos penderent, ut ad Theatrum admitterentur, ſubdit ille: *Gratis ſpectabant qui ſymbolum, aut teſſeram ferebant*. Verum quidem eſt, Romanos pendere ſolitos non fuiſſe: at quum ex Græcia in Latium melior ſaltem uſus Theatri, ac ſpectaculorum tranſierit; quis ſcit, an non tranſierit etiam teſſerarum uſus, ſin minus ad ſtipem dandam, ſaltem ad locum

tutio-

Digitized by Google

tutiorem, ac magis diſtinctum obtinendum? Clodius quæſivit a Cicerone: *Num conſueſſet locum Siculis gladiatoribus dare?* Poſtea ſubdidit: *Sed ſoror, quæ tantum habet Conſularis loci, unum mihi ſolum pedem dat*. Erat igitur aliquod loci ſpatium, quod vel precibus obtinebatur a Romanorum optimatibus, vel privilegii cauſa ſervabatur ſaltem amicis Conſulum; quod quidem nec prætermiſerunt pro ſuis etiam amicis ipſi ſpectaculorum largitores; ut enim animadvertit Bulengerus *de Circo*: *Editores locum in Circo, & Foro dabant Amicis, ac Tribulibus*. Multo autem magis id fieri neceſſarium erat in ſpectaculis, quæ, ut dictum eſt ſuperius, celebrabantur in locis privatis, quod in illis minus eſſet ſpatium, nec populo dare offenſionis cauſam deceret. Antiquis enim temporibus, non ſecus ac noſtris, frequentem populum ſpectaculis intereſſe ſolitum erat, & unuſquiſque commodum ibi locum exoptabat: quare ſicuti hodie ſchedulas dari videmus, ut quis Theatrum ingredi valeat; ita quidem haud eſt abſimile vero, fuiſſe antiquitus quamdam teſſeram ad conlocandos amicos, & extraneos in iis locis, ſpatiiſque, quæ, præter illa ſaltem, quæ pro tribus Ordinibus ſervabantur, ad nutum erant illius, qui talia oblectamenta dari curabat, præcipue vero ſi in loco aliquo privato ſpectacula fierent. Nam abſonum a ratione non videtur conjicere, plures ex hiſce noſtris conſuetudinibus ab aliqua veterum illorum temporum derivare. Romæ pariter videmus Sedis Vacantis tempore imprimi nummos plumbeos ab iis, qui ea pollent auctoritate, pro teſſeris, atque ſignis, quorum vi licet noctu per ea loca tranſire, per quæ aliis interdictum eſt.

Quum autem hujuſmodi plumbei nummi reperiantur, quæ, ut ſuperius dictum eſt, ad privata ſive publica ſpectacula pertinere videntur; cumque eorum uſus ignoretur, videtur conjici poſſe, fuiſſe illos teſſeras quaſdam, quibus oſtenſis, qui loca adſignabant, vocanturque *Deſignatores* a Bulengero, hinc normam ſumerent ad conlocandos in optatis locis illos, qui eas proferrent. Quod quidem ſi verum eſſet, fieri poterat, ut, ad ludorum Præfectos, qui Magiſtri antiqnitus dicebantur, ſpectaret illos cudere inſcriptis nominibus Imperatorum, Privatorum, Patronorum &c., ſive nomine Tribus, cui locum da-

dabant, ſive etiam nomine illius Regni, vel Provinciæ, quæ ſumptus partem ſuppeditarat, ſive tandem ii nummi obſignati forent cum rebus aliis commentitiis, & arbitrariis. Quod ſi ita ſe haberet, multum lucis adipiſcerentur tot quoque nomina Auguſtorum, Privatorumque, & quandoque etiam mulierum, Tribuum quoque, regnorum, ſeu provinciarum, ut in nummo cum voce Græca, & pharetra, quæ forte Parthorum, vel Armeniorum Regem, ſive aliquem alium ex illis Nationibus ſignificat. Dicet fortaſſe Lector, eſſe hoc purum putum commentum, vel ſaltem tenuiſſimis fultum eſſe conjecturis. Fateor equidem, neque aliter ipſe illud exiſtimavi, quum id protuli. Expecto itaque, quum altum ea de re ſilentium ſit apud Veteres, donec aliquis eruditione, qua ipſemet careo, idipſum melius explicet, ac declaret; ob eamque rem unice contentus fui hoſce meos nummos, quicumque illi ſint, publici juris facere, ut unuſquiſque de illis meliora proferat, diſcere paratus ab omnibus.

C A P U T I.

I.

CAput M. Antonii Triumviri. In averſa autem parte CΩCIOT *Soſii*. Creatus eſt Soſius a M. Antonio Syriæ, Ciliciæque Præfectus, cumque pro eo plures victorias adeptus eſſet, atque Jeroſolymam cepiſſet, prætereaque illi etiam captivum Regem Antigonum miſiſſet, Romam venit, ut triumphum ageret, ut obſervat Seguinus pag. 95. & Vaillantus in Familia Soſia, ubi tres nummos refert Soſii victoriam innuentes.

II.

NERO CÆSAR. Caput nudum Neronis. In parte poſtica vitio temporis nihil apparet.


III.

Caput lauro præcinctum cum epigraphe NERO CÆSAR. Ex adverſo autem Jupiter, & litteræ FORMAN.

IV.

NERO CÆSAR. Caput nudum Neronis. In averſa autem parte effigies Palladis.

V.


CAESAR NERO
NERO CAESAR
MAG
VIIII
IVV
ABVDANTI
·LVSIMACV

V.

Caput Neronis laurea redimitum. Ex alia vero parte parvus Cupido cum brachiis extenſis, currenti ſimilis.

VI.

Aliud caput ejuſdem lauro pariter præcinctum cum primis duabus litteris ejus nominis NE. Ex adverſo autem truncus cum quinque ramis.

VII.

Duo capita, primum Neronis ex una, ſecundum mulieris, ni fallor, ex alia parte cum litteris circumſcriptis C SODAL.

VIII.

Caput nudum cum epigraphe conſumpta. In parte vero poſtica effigies mulieris ſedentis, quæ coronam ſiniſtra tenet, cum litteris CAN. Poſtquam aere inciſum fuit hujuſmodi plumbum, mihi venit ad manus aliud huic non abſimile, in quo legitur GAL. AUG. ideſt GALBA AUGUSTUS, ut videre eſt cap. XII. num. ult.

IX.

Caput nudum, & Inſcriptio BRITA .... SARI ſcilicet. BRITANNICO CÆSARI. Ex adverſo autem MAG. VIIII. IVV. Nummus alius huic haud abſimilis, quamquam in averſa parte diverſus, videri poteſt cap. III. num. V. Hic legerem MAGISTRI REGIONIS VIIII. quod vero ſequitur IVV legendum puto NV.

X.

In parte altera caput nudum. In altera vero capita duo jugata, & litteræ TICLARO.

XI.

Caput nudum, & circumſcriptio ALESTUS CVPANE. Ex adverſo autem Aquila laurea corona circumdata.

XII.

Inter pharetram, & clavam Herculis ΒΑϹΙΛΕΩϹ, *Regis*. In averſa hujuſce plumbi parte nihil apparet.

XIII.

Caput velatum, & circumſcriptio DEMLANITUUS N. Ex adverſo autem mulier, quæ ſerpentem paſcit. Una eſt hæc ex illis puellis, quæ in luco prope antiquum Lanuvium (nunc Civitatem Laviniam) paſcebant ſerpentem quemdam ingentem, ſive draconem, cujus ſpeluncam

cam quotannis oculis velatis adibant. Si ſerpens paſcebatur; earum virginitatis argumentum erat; ſin minus, illas haud virgines eſſe ſignificabat; ideoque hac de re quæſtio a Judicibus inſtituebatur. Videatur *Propertius eleg. 8. libr. 4. Ælianus libr. 2. cap. 16. de Animalibus; & P. Vulpius tom. 5. de Latio*. Vaillantus quoque nummum ſimilem refert in familia Mettia.

XIV.

Caput nudum Neronis abſque epigraphe. In parte autem poſtica bellua, forte elephas, ut in alio plumbo etiam videbitur.

XV.

Figura quædam ſedens cum Cornucopia, & litteræ ΦTN.

XVI.

Duo milites ſimul conloquentes, alter cum haſta, & clypeo, alter vero inermis. In altera vero facie ABUDANTI.

XVII.

Ingens larva e conſpectu, & ſpecies quædam coronæ hinc, & hinc, ſive aliud quid ſimile ſit, quod equidem non agnoſco. Ex adverſo autem coronæ item quinque, ſi tamen coronæ illæ ſint.

XVIII.

LVSIMACV. Fruſtum plumbi ejuſdem figuræ, qua hic apparet.

C A P U T II.

I.

Caſtor, & Pollux ſe invicem aſpicientes. In averſa vero parte Venus, quæ in ſpeculo ſe intuetur. Hæc tria numina habita ſunt felici navigationi præpoſita, ideoque invocabantur, ut proſperam præberent navigationem. Horat. l. 1. od. 3.


II.

Diana Epheſia. Ex alia vero parte DEA. Sic enim illa antonomaſtice vocabatur.

III.

Janus bifrons. In averſo autem latere biga, in qua auriga flagello equos agitans, & pone ipſum Victoria alata

Digitized by Google



Digitized by Google

ROMA

alata, & ſubtus ROMA. Hoc pacto cuſi videntur nummi quidam conſulares.

IV.

Amphitheatrum perbelle expreſſum. Cujuſnam ſit, incertum. Illud Veſpaſiani diſſimile eſt architectura. Forte hoc eſſe poteſt, quod Statilius Taurus primus omnium ædificavit Romæ in campo Martio Auguſti ætate, ni tamen haud ſit potius Caſtrenſe prope S. Crucis in Hieruſalem. In parte poſtica nihil eſt.

V.

GER. AUG. ideſt *Germanicus Auguſtus*. Ita appellatus eſt Domitianus poſt victoriam, quæcumque illa fuerit, quam retulit ex Germania. Idcirco crederem, ad hunc Cæſarem hujuſmodi plumbum pertinere.

VI.

IRAANI. In adverſa parte autem vir quidam equum obverſus conſcendit.

VII.

CONSECRATIO AUGSTÆ pro AUGUSTÆ.

VIII.

AE-LIA. Vel tribus Romana, quæ reperitur apud Gruterum, vel familia.

IX.

JOVI-NUS. Quiſnam ille ſit, profecto me latet. Utrum vero credendus ſit Jovinus ille, qui Moguntiæ a militibus ſalutatus Imperator, paullo poſt occiſus fuit tempore Honorii, viderit Lector.

X.

Caput nudum. In oppoſito autem latere TCTHEO. Habetur apud Seguinum pag. 180. nummus cum Græca inſcriptione ΘΕΩ ΜΑΡΙΝΩ *Deo Marino*. Fuit hic Tyrannus Philipporum ætate. Ideo ſuſpicatus ſum, hujuſce plumbi epigraphen Græcam quidem fuiſſe, ſed Latine ſcriptam, ut ejus rei exempla habentur in poſteriorum temporum inſcriptionibus, ac TCTHEO legi poſſe *Tiberio Claudio Deo*. Bene tamen objici poteſt, ad ſignificandum Tiberium, ſcribi ſolitum TI, non autem T. & præterea caput hic eſſe nudum, in nummo vero Seguini velatum.

XI.

Caput mulieris. In averſa vero parte CCP̄. Somnium

nium eſſet ne, ſi legerem; *Curatores*, ſcilicet ludorum *percuſserunt*?

XII.

Caput nudum. Ex adverſo autem vir clavæ incumbens. Hercules forte credi poteſt, qui ludis præerat.

XIII.

Caput ſimile Fauſtinæ Juniori. In parte vero poſtica mulier nuda ſedens, & adoleſcentem ad ſe manu trahens. Utrum ſit Fauſtina ipſa cum ſuo gladiatore, equidem neſciverim; ac ſi ita res ſe habeat, utrum plumbum hoc cuſum fuerit a ſervis in eorum Saturnalibus, quo tempore quævis licentia illis permittebatur, me pariter latet.

XIV.

Nummus hic ejuſdem magnitudinis, qua hic delineatus, ſtamneus eſt, iſque unicus ex hac materia mihi hactenus ad manus venit. In parte altera repræſentatur Ara cum tribus flammis, & encarpo oblique pendente. In altera vero Ara ſimplicior cum unica flamma.

C A P U T III.

I.

ROMULA. In averſo latere ancile, ut ſcalptum videtur in clypeo quodam marmoreo Muſei Kircheriani. Ad latera A A GS. Equidem dubitavi, an vox ROMULA ſumenda eſſet pro tribu, an pro feſtis ad honorem Romuli, ſive Quirini; verum illa *Romulia* dicta invenitur; hæc autem *Quirinalia*.

II.

ARM REG. In adverſo latere laurea corona, quæ claudit litteras N. C.

III.


Caper zodiaci inter litteras AVG NII. Ex alia autem parte laurea corona.

IV.

AVG. in altera vero puer elephanto inſidens. Duo hæc plumba ad Auguſtum pertinent.


V.

Caput nudum, & circumſcriptio BRITTANNICVS cum duplici T. In oppoſita autem parte laurea corona. Hic



III.
ROM VLA
A A G S
1
ARM REG
N C
2
AVG NII
3
AVG
4
BRITTANNICVS
5
AVG
NE RO
6
CAESAR NERO
7
8
9
10

Digitized by Google



Digitized by Google

Hic nummus, ut & alius Claudiæ, Equiti Andreæ Fontana Antiquarum rerum perito a me dono datus.

VI.

NERO AUG. In aliis ejus plumbis plerumque habetur etiam CAESAR.

VII.

Caput Neronis lauro redimitum, & litteræ NERO CAESAR. In parte autem poſtica Miles cum haſta, & clypeo.

VIII.

Caput ejuſdem lauro pariter cinctum cum nota compendiaria MNA, ſcilicet M. NERO AUG. Ex adverſo autem idem Nero in curru ſtans aurigæ veſtibus indutus, & octo equos agitans: hoc enim erat unum ex ejus egregiis facinoribus, & ideo hac imagine cudebantur plumbi.

IX.

In parte altera caput Veſpaſiani lauro præcinctum, & ejus nomen IMP. AUG. VES. In altera vero capita lauro pariter cincta Titi, & Domitiani cum epigraphe TIT. D. CAE. Super ea capita littera M.

X.

Duo capita nuda adoleſcentium, qui ſe invicem aſpiciunt. In oppoſito autem latere Fortuna, & litteræ M. G. F. Hæc duo capita vel ſunt Caii, & L. Cæſarum, vel eadem plane ſunt, quæ in plumbo antecedente.

CAPUT IV.

I.

CAput mulieris, & circumſcriptio CLAUDIA. AUG. In averſa autem parte DTML. Forte MAG. LUDORUM. Primo obtutu mihi viſa eſt Claudia Neronis, & Poppeæ filia; at potius adducor, ut credam eſſe Claudiam P. Clodii, & Fulviæ filiam, quæ Auguſto nupta, ab eo repudiata fuit; cui repudio cauſam dedit eadem Fulvia ejus mater.

II.

Plumbum ejus magnitudinis, qua hic delineatum. Auriga cum palma, & corona in quadriga, & ſuperſcriptio M. HII. V. quæ forte legenda eſt *Marcus Hilarus victor* in ludis Circenſibus.

I. III.

III.

Caput nudum, circum quod P. GLITI GALLI . Ex alia vero parte gallus gallinaccus.

IV.

Duo capita, quæ ſe invicem aſpiciunt. In parte averſa CC. Forte *Cæſares*, ſive *Curatores ludorum*.

V.

Caput fune vel ſtroppo cinctum. Ex adverſo autem LICH.

VI.

Caput velatum. In parte poſtica CMP.

VII.

Caput reſte circumdatum. In averſo latere MMM. Forte *Magiſtri ludorum*.

VIII.

Caput nudum Senile. In oppoſita autem parte CLEM. Neſcio, an *Clemens*; ni potius poſtrema littera M legenda ſit *Magiſter*.

IX.

Pallas cum haſta, & clypeo. Ex adverſo autem IV-VEN. An *Juventas*, Dea, cui ludi fierent, utique neſcio.

X.

Pallas in altera parte; in altera vero VLP. CEN.

CAPUT V.

I.

Caput militis galeatum. In oppoſito autem latere VEST.

II.

Porcus.

III.

Minerva.

IV.

Chimæra, & Lyra.

V.

Bos.

VI.

CUM.


) Sex autem hæc plumba in parte averſa nihil habent.

VII.

Neſcio, an gallina, an avis alia.

VIII.

Digitized by Google


V.
VE
S T
CVM
C
SP
ESC
I N
R T

VIII.

Caput Meduſæ. In averſa parte CSP.

IX.

Item caput Meduſæ. In altera autem facie ESC.

X.

Aliud Meduſæ caput. In parte poſtica elephas,

XI.

Meduſa. In averſo latere ſcorpius.

XII.

Caput Africæ cum litteris IN. Ex adverſo autem imago mulieris coronam ſiniſtra tenens ; ad dexteram gubernaculum, & litteræ RT.

XIII.

Aliud Africæ caput. In parte autem averſa mulier ſeminuda ſedens, & coronam dextera, tridentem vero ſiniſtra tenens, pone quam canis adeſt,

XIV.

Caput juvenis galeatum cum duabus ſtellis ante faciem. Ex alia parte vir cum modio ſupra caput, ſiſtrum dextera, vas ſiniſtra tenens. Ad ejus latera duæ pariter ſtellæ.

XV.

In parte altera Mercurius cynocephalus, dextera palmæ incumbens, ſiniſtra vero caduceum regens: in altera autem vir cum modio ſupra caput, dextera ſiſtrum tenens, ſiniſtra vas.

XVI.

In uno latere caput lauro præcinctum ſimile Sileno, vel Socrati. In oppoſito autem imago Satyri, vel Panis cum ſyringa in dextera, & pedo in ſiniſtra.

XVII.

Caput nudum, ut in plumbo præcedente. Ex adverſo autem duæ Victoriæ neſcio quid vaſi haud abſimile manibus ſuſtinentes.

XVIII.

Aliud caput, ut in duobus plumbis ſuperioribus. In averſa vero parte avis quædam ſuper truncum.

CAPUT VI.

I.

MIles cum haſta, & clypeo. Ex alia parte DVPER.

II.

Litteræ M C A. inter haſtam, & palmam. Ex adverſo autem tres Nymphæ Phaëtontis ſorores, quæ in arborem converſæ ſunt. Eædem imagines cum arboribus, in quas commutatæ ſunt, videntur etiam in nummo argenteo apud Vaillantum in familia Accoleja, & in P. Accolejo, qui vixit ætate Julii Cæſaris.

III.

Imago Fortunæ cornu copiæ ſiniſtra, dextera vero gubernaculum navis tenens, & litteræ NAV. In averſa vero parte adoleſcens haſtam ſiniſtra, dextera autem equum tenens, & litteræ AL. Neſcio, an conjungendæ cum aliis ſint, & legendum NAVAL.

IV.

In parte altera CC. In altera vero effigies mulieris ſedentis cum cornu copiæ ad lævam, & cum patera in dextera.

V.

Imago Mercurii cum litteris detritis. In oppoſito autem latere FLH.

VI.

Alia item Mercurii imago cum litteris ALS. Ex adverſo autem bos.

VII.

Mulier ſedens cum cornu copiæ ad lævam, & cum patera in dextera. In parte autem poſtica T F E.

VIII.

Caput Africæ. Ex adverſo autem Q S B.

IX.


FASA in parte antica; in poſtica vero effigies Herculis juvenili adhuc ætate, cum clava in dextera, & globo in ſiniſtra.

X.

Imago Mercurii cum ſacculo, & caduceo. Ex alia autem parte littera A.

XI.


VI.




Digitized by Google

ROMA

Digitized by Google





Digitized by Google

XI.

Hercules adoleſcens clavam ſiniſtra , dextera coronam tenens . In averſo latere MAX.

XII.

Caput nudum Galbæ , & litteræ G A L. A U G. In averſa vero parte CANAV , & Roma ſedens .

CAPUT VII.

I.

FELICITER . In facie altera CPR. , forte *cedat Populo Romano* .

II.

EVHEMERI . In alia autem parte LESBL ; forte *Lesbii* , vel *Lesbiæ Liberti* .

III.

LVN. In altera parte TAL.

IV.

SEX. Ex altera TER.

V.

G. G. Ex adverſo autem L. C. Neſcio , an dicat *Caius Libertus* . *GG* .

VI.

VERRI COS. Ex alia parte VCXXIIX.

VII.

EVC. vel EVG.

VIII.

BAL . TICIER .

IX.

PAS .

X.

Hoc plumbi fruſtum nulla nummi formam habens continet Græcas voces ΑΝΓΕΛΟϹ ΗΤΕΡΑϹ .

XI.

AG. ON. , forte *Agonalia* , quæ Feſta celebrabantur Romæ ad honorem Jani , ſeu Dei Agonii . Conſulatur Feſtus .

XII.

P. R.

XIII.

XIII.

ROM. In poſtica parte LIC.

XIV.

TAURUS: L.

XV.

SEP.

XVI.

Lituus. In altera autem facie M. CAUCLE.

XVII.

BI. RC.

XVIII.

LUCI.

XIX.

VO, & palma, Ex adverſo autem X. Neſcio, an legi poſſit *Vota decennalia*.

XX.

VAL. SATURNALIA. Legerem *Valeant Saturnalia*. In averſo latere I.

XXI.

JUNDMESES. In averſa vero parte duo II. cum caduceo.

XXII.

SYM. Ex altera parte N.

CAPUT VIII.

I.

SPhynx ſuper ſcopulum ænigma proponens Œdipo; ad cujus pedes palma in ſignum victoriæ ob interpretatum ænigma. In parte autem poſtica Luna nova, & ſubtus Minerva Herculem adloquens: in medio litteræ A. M., quæ Œdipo indigent, ut illas interpretetur.

II.


C. PEDANI. In altera autem facie effigies Silvani, ſive potius Priapi, runcinam ſiniſtra tenens.


III.

MMD. In parte oppoſita adoleſcens cum palmæ ramo in dextera, & cum runcina in ſiniſtra.


IV.

Digitized by Google


VIII
1
CPE
DANI
2
MM
D
3
CNDF
4
CN
MEN
5
6
7
VIC
TORY
M
8
9
10
QTR



Digitized by Google


IX
N F
ONE
WIS
CSAL
VIDIL
NVS
IOV
FAG
MVRCIORVM
TES
HIM
QSP
D P
PPRR
LMT
P SP
T Y
MGN
AM
Q C
A
CBR
DEV
TER

IV.

CNDF. Ex adverſo autem duo cornua copiæ decuxata.

V.

C NP MEN. In latere oppoſito vas.

VI.

ACIL LUPI. In averſa vero parte vir quidam in biga, & ſuperius MENIAN. Forte quod in ludis Circenſibus victor evaſerit.

VII.

J.... BONI. Caput juvenile. Ex alia autem parte VICTORVM.

VIII.

P. BIVS. In parte autem poſtica FAVSTVS.

IX.

N. Juvenis cum haſta, qui loris equum tenet. In altera autem facie eadem figura. Cum neque ſidus, neque pileum Phrygium hic appareat, neſcio, an Caſtoris, & Pollucis imagines eſſe poſſint, an potius Alexandri cum ſuo bucephalo.

X.

QTR. In parte altera imago Herculis cum pelle leonina, & cum clava terræ innixa.

CAPUT IX.

I.

Minerva, ad cujus latera IL. II. Circum vero MA MAG. MINERVALES. In oppoſita autem parte NF.; & tranſverſe quædam quaſi menſa cum duabus lineis ſuperne, duabus vero inferne poſitis. Adludit ad feſta Minervæ, quæ celebrabantur XII. Kal. Apriles, dicebanturque *quinquatria majora*, & a Tertulliano *Minervalia*, ut diſcriminarentur ab aliis Minervæ feſtis Idib. Jun. celebratis; quæ dicebantur *quinquatria minora*.

II.

Duæ manus ſimul junctæ, ſupra quas ſcriptum LARVCILIÆ. Ex adverſo autem aquila, circa quam TVTO MALLI.

III.

III.

Puer, & in averſa parte GQ.

IV.

Neptunus marinis calamis, ut puto, redimitus; piſcem dextera, tridentem ſiniſtra tenens. In parte oppoſita delphin, circa quem legitur ONESIM. Niſi legendum SIMONE ideſt SEMONE, qui Sabinorum Deus fuit.

V.

In parte altera ramus palmæ; in altera vero C. SALVIDILNVS, ideſt *Cajus Salvidienus*, cum littera E. ſit admodum conroſa.

VI.

Minerva ante aram. In averſo latere JOV. FAG. *Jovi Fagutali*. Ita enim dicebatur a fago, quæ erat Romæ in quodam ejus Sacello.

VII.

Imago Romæ ſedentis, ſive alicujus Numinis, haſtam ſiniſtra, dextera neſcio quid tenens. In parte autem poſtica MVRCIORVM.

VIII.

Mulieres duæ, quæ ſe invicem quaſi amplexantur, & quarum una vaſculum ſiniſtra tenet. Ex alia parte palma, & litteræ ELP.

IX.

Litteræ TES mediæ inter duas palmas tranſverſas. In altera autem facie puer cum avicula in dextera, & litteræ AFA.

X.

Mercurius cum cane ad ejus pedes. In oppoſita vero parte HIM.

XI.

Fortuna cum cornu copiæ, & clavo navali. In latere oppoſito arbor palmarum, ad cujus latera ME.

XII.


Jupiter. In averſa autem parte QSP.


XIII.

Imago mulieris, quæ vas in terra poſitum ſiniſtra fulcit. Ex adverſo autem palma, ad cujus latera DP.

XIV.

PP. RR. In altera vero parte LMT.




X
ΦΥΛ
ΑΣΕ

XV.

Palma, & ad ejus latera TLV. IATV. In oppoſita autem facie Victoria alata coronam ſiniſtra tenens.

XVI.

Eadem Victoria ſubſtollens ambabus manibus coronam. In parte autem poſtica PSP.

XVII.

Imago Mercurii, ad cujus latera XII. In averſo latere Templum duabus columnis ſubfultum, intuſque quoddam veluti vas cum tribus ſpicis, ſive palmis.

XVIII.

Palma, & in lateribus TY. Ex alia parte vas.

XIX.

MGN. In altera autem facie area cum tribus diathyris ſeu lineis, & ſubtus AM.

XX.

QCA. In oppoſita vero parte ſpecies quædam modii cum tribus ſpicis.

XXI.

Fortuna. Ex alia parte CBR.

XXII.

Pallas, & Copia cum ſuo cornu in ſiniſtra. Ex adverſo autem DEVTER.

XXIII.

Mulier dextera coronam, ſiniſtra palmam oſtendens cum litteris IMP. N... nam reliquæ nominis (forte *Neronis*) litteræ non apparent.

CAPUT X.

I.

CAput Serapidis cum modio. In altera vero parte Mulier cum ſimpulo in ſiniſtra, & cum Siſtro in dextera.

II.

Caput item Serapidis. Ex adverſo autem ΦΥΛΑΞΕ, ideſt *cuſtodi*. Amuletum huic non abſimile cum eadem precandi formula videtur apud Seguinum.

III. IV. V. VI.

Plumba hæc quatuor nihil exhibent in parte poſtica.

K Pri-

Primum habet delphinum ; alterum figuram quamdam inſtar Termini: tertium bovem, poſtremum autem virum cum palma, & pone eum S.

VII.

Caput Herculi haud abſimile. In averſa vero parte duo adoleſcentes, qui freno equos regunt ; forte Caſtor, & Pollux.

VIII. IX.

Clava, & vas cum clava nodoſa.

X.

Imagines duorum militum inter ſe conloquentium.

XI.

Duæ Clavæ.

XII.

Caput militis galeatum. Ex alia parte bos.

XIII.

Caput adoleſcentis cum galea, & haſta. Ex adverſo autem mulier cum haſta, & clypeo.

XIV.

Caput militis galeatum. In parte altera tropæum.

CAPUT XI.

I.

PRotoma militis. In latere oppoſito Pallas haſtæ; & clypeo innixa, & litteræ DS.

II.

In parte altera Minervæ protome : in altera vero laurea corona, in qua litteræ CSS.

III.

QTCF....

IV.

Pallas fulminatrix, & littera N.

V.

Miles cum haſta, & litteræ XN.

VI.

Protoma Minervæ, & litteræ LVF.

VII.


Fortuna clavum navis dextera regens, & in ſiniſtra habens cornu copiæ. In altera autem facie B. C.

VIII.



Digitized by Google

ROMA


XII
CAELI ANI
CLDIA
V C
L E F
V ET T A
CL HO
AV
OD
FELIX
VP AEL
PRE
CVC
PI V
PI D
SV
DO MI
TV

VIII.

P. in medio laureæ coronæ.

IX.

A AEL - LAET.

X.

A TH.

XI.

F. V.

XII.

A E E V.

XIII.

OP - PLA.

XIV.

A GA E.

XV.

P. A.

XVI.

C A F in laurea corona.

XVII.

C. XII....

XVIII.

C BR.

XIX.

HA K. KIA.

XX.

C S F.

XXI.

L V T.

XXII.

L RE.

CAPUT XII.

I.

M. Circum vero CÆLI... CL....DIANI. Ex adverſo Victoria cum corona, ad cujus latera VC.

II.

Fortuna, & litteræ L E F. In averſa vero parte imago Dei Vertumni, cum ſcirpicula in dextera, & ramo arboris in ſiniſtra, cum litteris VETA.

III.

Caulis, fortaſſe lilii, & litteræ CLHO. In averſo latere vir inſtar herois, nudo capite, quoddam veluti folium oſtendens. Inſcriptio conſumpta omnino eſt.

IV.

Effigies mulieris cum corona, & haſta, & litteræ PAV. Ex alia vero parte pavo, & ſuperius OD....

V.

FELIX. Supra palma tranſverſa, infra ſidus. In parte oppoſita imago Felicitatis.

VI.

VP. ÆL. intra lauream coronam. In altera autem facie mulier cum pileo in dextera, & haſta in ſiniſtra, & littera I.

VII.

In parte altera PRE: in altera vero adoleſcens nudus dextera haſtam tenens, ſiniſtra autem quoddam veluti ſpolium.

VIII.

CVC. Ex adverſo autem mulier ſedens cum patera in dextera, & cornu copiæ in ſiniſtra.

IX.

PIV intra lauream coronam. In parte autem poſtica tropæum, & litteræ in lateribus PID.

X.

Intra lauream pariter coronam SV. Q. In latere oppoſito mulier haſtam dextera, ſiniſtra coronam tenens.

XI.

DOMI. In oppoſita autem facie mulier promiſſis crinibus, quæ forte aliqua ex Nymphis fluvialibus eſt.

XII.


Victoria cum palma, & corona. In averſa vero parte CTV.

CAPUT XIII.

I.


SCA. VRI. In parte altera puer nudus cum caduceo, qui dextera tenet quamdam folii ſpeciem, forte hederacei.

II.


XIII
S CA VRI
1
STATVS NICO
2
IAN VAR
3
A T D
4
HER
AN
LOM
6
VIII
L I DP
7
D
8
TCA
9
10
FORTVNATA

Digitized by Google

Digitized by Google


XIV
A·P
1
CLI
2
F
3
LAF
4
L·L
5
I
I
V
6
7
DEV
TER
8
CAL
9
10
C L
L M
11
FEL
12

II.

Bacchus cum thyrſo, & cantharo. Ex adverſo autem racemus uvæ, circum quem legitur NICOSTATVS.

III.

JANVAR. In altera vero facie Minerva, & Copia.

IV.

Templum quatuor columnis innixum, & litteræ ATD. In averſo latere laurea corona, & litteræ conſumtæ.

V.

IER. In parte poſtica ANT.

VI.

Roſtrum navis: ſubtus LOM. In facie altera VIII., & ſupra littera P jacens.

VII.

LI. DP. In parte autem oppoſita aries.

VIII.

Pavo, ſupra quem OD. In averſa vero parte mulier coronam dextera, ſiniſtra haſtam tenens.

IX.

TCA inter palmam tranſverſam, & ſidus. In altera autem facie ſenex ſedens ſupra tres lapides: neſciò, an hic repræſentet Jovem globum puero præbentem.

X.

Mulier ſedens cum cornu copiæ ad lævam, & patera in dextera. Ex alia parte neſcio quid; forte patera vel potius ſpeculum, & circum litteræ FORTVNATA.

C A P U T XIV.

I.

MUlier cum caduceo, & patera. Ex adverſo autem A. P.

II.

In parte altera Dea Fortuna ſedens; in altera vero litteræ CLI.

III.

Mulier ſedens cum cornu copiæ, & corona. In parte autem poſtica litteræ FPH.

IV.

IV.

Adoleſcens cum ſcirpicula in dextera, & ramuſculo in ſiniſtra. In averſo latere LAF.

V.

Bacchus cum thyrſo in ſiniſtra, & poculo in dextera. In altera vero facie laurea corona, & in medio L. L.

VI.

Caput ſenis, & litteræ IIV. In oppoſita autem parte vir nudus coronam manu tenens, & deſinens in piſcem; in lateribus aquila, & littera S. cum P. inverſo.

VII.

Aliud ſenis caput, & litteræ ACAV. In parte altera Victoria cum palma, & corona, & ara ad latus.

VIII.

Minerva cum haſta, & clypeo, & Copia. In latere oppoſito DEVTER.

IX.

Mulier ſedens cum cornu copiæ, & patera. In alia autem parte CAL.

X.

Caput nudum. Ex adverſo autem M. LΓ.

XI.

Caput nndum ſenis. In averſa vero parte litteræ CL. L M.

XII.

Mulier cum haſta, & cornucopiæ. Inde autem FEL.

CAPUT XV.

I.

JO SA JO. ideſt *Io Saturnalia*. In medio palma. In oppoſita autem parte corona. Plumbum hoc ad feſta Saturnalia pertinet.


II.

Imago adoleſcentis cum clava in ſiniſtra, & poculo in dextera, & litteræ EVV. In altera autem facie palmæ duæ tranſverſæ, & litteræ in medio TFS.


III.

CALIB ROMVS in parte altera; in altera vero cervus currens.

IV.


XV
1
IO SA IO
2
TFS
3
CALIB ROMVS
4
LPO
5
O LP
B
6
ARMP
7
CYD
8
M VA
9
TICD
CYO
10
IIII
III
11
ASC
12
F·F
13
P·P
14
LSE
15
PM
16
LVV

Google



ROMA


XVI
P SE
B
VPP
MONT
ANA
LE
RA
MAG
III
IVVEN
AVG

IV.

Fortuna. In oppoſita autem facie LPO in media corona.

V.

LPO. In averſo latere aquila, & littera B.

VI.

Neptunus cum tridente, delphinum manu tenens. Ex adverſo autem A R M P.

VII.

CYD. In parte autem oppoſita navis.

VIII.

Mercurius. In parte autem poſtica MVA.

IX.

TICD. In latere oppoſito navis, ſupra quam CYO.

X.

Currus, quem trahunt bini boves: ſubtus III. In averſa vero parte IIII.

XI.

ASC. In altera autem facie ſcorpius.

XII.

Imago mulieris, forte Veneris, quæ dextera neſcio quid, ſiniſtra autem pomum tenet. In oppoſita vero parte F. F.

XIII.

In parte altera P. P.; in altera vero columba.

XIV.

LSE. Ex alia parte avis.

XV.

PM. Ex adverſo autem equus.

XVI.

L. V V. In averſo latere effigies mulieris juvenilis ætatis.

C A P U T XVI.

I.

FRagmentum plumbi cum parte capitis, & circum litteræ HVOFL.

II.

Plumbum ferme ellypticæ figuræ cum duabus anſis. In medio ſiglæ P S E.

III.

Caput hominis cum pileo.

IV.

Caput velatum.

V.

Caput viri radiatum. In facie altera equus.

VI.
